





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-208596-p0002-9

DFG

h. 110, 14.


II

Yb
4551

ORATIO
IN AVGVRALIS
PRIMA
IN
GYMNASIO
CVRIANO
PRIMO GYMNASIARCHA
M. IOHANNE STREITBERGERO
ANNO CIC LXVIII.
HABITA
ET TANDEM
CIC CCXVII.
EX VOLVNTATE.
INSPECTORIS ET PATRONI
TYPIS VVLGATA.

LL(oooooooooooooooooooooooooooooooooooo) L
LITTERIS MINZELIANIS.





I. S. T.

Dum uniuersus, qui puriorem sectatur religionem, Christianorum caecus hoc in primis anno memor est B. MARTINI LUTHERI, qui locutus est ipsi verbum DEI: Curia, immo uniuersus Margraviatus, cuius illa pars est, non ictius Megalandri solum, sed etiam B. IOHANNIS STREITBERGERI memoriam recolere potest, qui sexto post die, quam LUTHERVS reformationis opus faustissime auspiciatus erat, felicissimo partu editus fuit, primus postea ecclesiarum in superiori Margraviatu Brandenburgico Generalis Superad tendens. Gymnasium praecipue Curianum manes huius viri secundumquam satis venerari posse opinatur: quod tantum illi, quantum vix alii debet. Cum igitur benigniore quodam fato Orationem, quam imbi primam habuit, MSC. adhuc possideat, reliquis quae in usum posteritatis adseruari alias consueuerunt, tancum non omnibus, incertum quorum incuria, dilaceratis et deperditis: noluit committere, ut et haec eadem beat pericula, sed eam typis mandari curauit. Additus huic Orationi Doctorum, qui Gymnasio praefuerunt, ordo, studio M. 10. JOSEPHI SEYLERI primum concinnatus, ab illius vero in regendo Gymnasio successore auctus, ultraeius continuatus et aliquibus in locis emendatus, ex Oratione praesertim THOMAE BLEBELII eiusdem Gymnasi Rectoris, quae adiuncta est eius pro gymnasmatibus rhetoricae artis, praeter quam nulla exstat alia, prout putat Cl. LUDOVICI in bistro scholarum celebriorum. Tandem vitam B. IO. STREITBERGERI iidem a M. SEYLERO programmate quodam descriptam buce, ut Lectoris iusto forsitan desiderio satisficeret, transferre placuit.

ORA-

(1)

ORATIO RECITATA
A MAGISTRO
IOANNE STREITBERGERO
*CURIAE VARISCORVM,
CVM MANDARETVR ILLI
EIVS LOCI*
GVBERNATIO SCHOLASTICA
ANNO 1548. 18. MARTII. *

A

Reuer-

* Adferre hic conductit, quae habet *M. THOMAS BLEBELIUS* in dedi-
catione libelli sui de *SPHAERA*: Data ex phrontisterio nostro, Curiae
Varischorum ad ripam Salae fluminis Anno Christi M. D. LXXVI. De-
cimo septimo Calend. Aprilis, quo die ante 28. annos Reuerendus et
Clarissimus vir, Dominus Doctor *IOANNES STREITBERGERVS*, et socii et parentis nomine mihi carissimus, in hac pa-
tria sua vrbe, amplissimi Senatus sumptibus, hoc nouum Gymnasi-
vm nostrum, magno conatu, immensis vigiliis et laboribus, DEO
successus gubernante primus aperuit, legibus confirmauit, optimam
rationem instituendae iuxentutis in caelestis doctrinae, artium et lin-
guarum principiis introduxit, classium, operarum et exercitiorum,
atque collegarum ordinem et numerum (quo adhuc vtimur) auxit,
fideliter instituit, et totos annos 19. feliciter rexit, donec fatali vi-
cissitudine recurrente, eo ipso die An. 67. insigni benevolentia et
clementissima voluntate Illustrissimi Principis nostri Domini, Domini
GEORGII FRIDERICI, Marchionis Brandenburgici, Ecclesiae
Christi NVTRITII vere liberalis et munifici, ad summum gu-
bernationis ecclesiasticae fastigium euestus, Provincialis Superatten-
dens Ecclesiarum et Scholarum in Superiori Marchionatu Branden-
burgico et Consistorii Culmbacensis praeses designatus, vtriusque
muneris administrationem, Scholasticam et Ecclesiasticam (quam
hic cum magna industriae et felicitatis laude simul tenuit) suc-
cessoribus peritissimis, publica autoritate commendauit et tradidit. Et
in alia editione: Data - - fluminis, Anno Christi M. D. LXXXIX.
decimo septimo Calend. Aprilis, quo die ante 40. annos Reuerendus
etc. Quibus e verbis colligo vel Orationem hanc tertio demum die,
postquam Gymnasium *STREITBERGERVS* aperuerat, legibus confir-
mauerat etc. habitam esse, vel eum, qui *STREITBERGERI* Orationem
descripsit pro 16. ex errore 18. Martii posuisse.



Deuersus in patriam hoc tempore post annum sextum decimum , multis eam publice , et privatim praeclaris aedificiis , multisque vitae commodis , copiis , opibus et facultatibus eximie ornataam et auctam conspicio , ac sane omnia augustiniora nunc multo et clariora apparent , quam olim .

Quapropter magna animi mei delectatione hanc felicitatem carissimae patriae subinde gratulari soleo , et ardentibus votis opto , vt haec commoda et propria sint patriae vrbi , et diuturna , imo etiam perpetua ac nunquam desitura . Etsi autem multa sunt ornamenta Ciuitatum et Rerumpubl. longe praestantiora , quam sunt aedificia , munitiones et huiusmodi alia , quae primum in oculos incurront : tamen haec ipsa quoque declarant , ciues non sine industria aut dexteritate et negotia sua exercere et communia officia praestare . Deinde etiam laudabile studium ac singularem curam et sedulitatem magistratum in munieribus publicis obeundis manifeste probant . Sunt enim ista non obscura signa , quod et virtutem et iustitiam colant , et legibus conseruaticibus rerump. studiose obtemperent , si qui talia rerump. suarum incrementa consequantur . Hoc me initio huius orationis amor ille meus erga patriam dicere cogit , non enim possum oculos aut mentem ab hac cogitatione abducere . Et haec animi propensio consilium meum in dicendo non mediocriter impedit . Cum enim mihi necessitatem dicendi imponeret honestissima consuetudo et huius officii ratio , quod mihi iam mandatur : decreueram breuiter pro mea imbecillitate dicere de hoc praeclaro instituto scholastico , et de Gymnasio in patria vrbe recens extructo , vt sit sedes et hospitium cum honestarum artium , tum doctrinae , pietatis , et quod haec patria nostra non postremas ferat in producendis bonis ingenii , quorum equidem semper feracissima fuit . Sed consideratio illa commendorum patriae , quae , vt dixi , et oculos quasi noua aliqua luce suborta perstringunt , et mentem continuo verberant , me in istius

istius rei cogitatione detinet. Principio igitur , vt animo meo morem geram , vehementer vos oro , vt veniam detis dicenti de causis commodorum istorum , et felicitatum . Scio vobis illas non esse ignotas , sed saepe rerum etiam notarum commemoratio non est ingrata aut iniucunda . Postea et de ludi literarii instituto , et de nostris ciubus , qui doctrina et virtute excelluerunt , aliquid dicam , iis saltem , qui patrum memoria et nostra aetate vixerunt , aut vi- vunt .

Cum igitur in conspectu sint patriae augmenta non me- diocria , de iis cogitans simul animo complector omnium re- rump . historias , durationem , fortunas , fata et mutationes , ac certo statuo , eas diuinitus regi et conseruari , atque vt non ex- titerunt casu , ita nec crescere aut augeri , nec inclinari aut rue- re casu . Nam cum **D E V S** sit aeterna mens , omnipotens , iu- sta , benefica , verax et casta : requirit ab omnibus , qui praefun- sunt politiis , vt externam disciplinam acriter tucantur . Ideo- que poenis adfici vult contumaces , qui leges et ordinem conte- minunt , aut labefactant . Cessantibus autem magistratibus , **D E V S** ipse pro sua iustitia atrocibus et insignibus poenis punit imustos , et conturbantes ordinem politicum , quales sunt non tantum fures , incesti et polluti libidinibus , raptore , homici- dae , usurarii , et qui imbecilliores opprimunt , sed etiam Epicurei , Academicci , Cyclopes , Centauri , quorum mentes va- gantur incertae de **D E O** , et dubitantes de prouidentia , qui que omnem cultum diuinitatis , totam religionem ac pietatem tan- quam aniles fabulas et mera deliramenta execrantur ac derident , quorum summa sapientia est , accommodare ac flectere Religio- nem ad stabiliendas opes suas , et potentiam ac beluinas volu- ptates explendas . Amantes autem disciplinae , virtutum et re- rum honestarum , et quibus pietas , vera inuocatio et studium religionis cordi est , **D E V S** immensis praemis donat . His enim pacem largitur , vt pie educari et institui iuuentus possit , eo- rum actiones priuatas et publicas fortunat , non deest successus , non ceventus , non exitus felix consilii ipsorum , quod innume-

rae promissiones diuina voce ostensae et editae confirmant, quae honestis et piis mentibus omnia salutaria pollicentur. Plane itaque mihi persuadeo iis de causis charissimam patriam hisce annis proximis ornatiorem et auctiorem factam esse. Nam omnes historiae testantur, eas vrbes, quae nimium dissolutae vixerunt, laxantes fraena cupiditatibus, propter corruptos mores et negligetam disciplinam grauiter adflictas ac tandem etiam deletas esse. Imo omnium imperiorum et rerumpublicarum mutationes et interitus inde orti sunt et orientur, quod sceleribus cumulatis virtus ita crescunt et augmentur, vt neque finem neque modum videas. Impius et crudelis princeps ASTYAGE S furoribus suis et saevitia causam dedit, vt CYR O regnum traderetur. Luxus et nimiae cupiditates diuinarum videntur causae fuisse, quare ad Graecos Monarchia sit translata: ac diuinitus excitatus est ALEXANDER M. vt fastum et mollitiem gentis Persicae puniret; tametsi propter easdem causas ipse quoque perierit. Graecorum potentia concidit postea plane iisdem de causis. Cum enim in ciuitatibus luxu perditis intestinae principum dissensiones grassarentur: tamdiu ciuili sanguine fuso, quasi in viscera sua ferrum strinxerunt, donec libertatem suam amisere, et in potestatem aliorum deuenerunt: quemadmodum iam eodem fato nobilissima omnium nationum, regina terrarum, Germania propter luxum perit. Vagae libidines et oppressiones imbecilliorum semper fuerunt principia mutationum in politia Romana. Nonne Reges propter vim LVCRETIAE adlatam, aliaque similia crudeliter et superbe facta exacti sunt? Nonne decemvirorum potestas sublata, et consuetudo consulum creandorum rursus in urbem inducta est propter vagas libidines compescendas: cum APPIVS ingenuam virginem ad stuprum rapere conaretur, et puella in foro a patre ipso intericeretur, ne impurus homo ea ad libidinem suam abuteretur? Ita semper atrocibus poenis DEVIS libidines puniuit. Plerumque enim in magnis politiis magna est licentia et impunitas, ac ingentia scelera perpetrantur, quae ingentes etiam calamitates secum

secum trahunt. Cum voluptatibus et luxuriae mediocres diuitiae non sufficiant, instituuntur aucupia colligendae pecuniae et cumulandarum opum: immanes ergo et enormes usurae exercentur, quae tota regna exhauriunt et absorbent. Sub *IVLII CAESARIS* tempora in infinitum excreuerant usurae, quas cum *CICERO* ad centesimas redegisset, quae centum mensibus sortem aequant, iratos habuit ditissimos quosque: nolabant enim modum aut metum statui suis cupiditatibus. *BRVTI* procurator senatum Salonae oppidi propter usurae non numeratas in carcерem conclusit, et quosdam fame necauit. Diuino ergo consilio *C. IVLIVM CAESARE* Mexcitatum esse credo, ut foenatores, qui totum orbem terrarum usuris oppresserant, coerceret. Ideoque *POMPEIO* victoria contingere non potuit, quia ad stabiliendas usurae, iniurias et scelera potentiorum bellum gerebat. *IVLIO* autem *DEVS* adfuit, ut vinceret et rempublicam ordinaret. Ac feliciter coepta est restauratio legum, et emendatio politiae Romanae, sed per istos Centauros impedita est, qui in principio eius emendationis contra ius et omnem aquitatem optimum principem misere trucidarunt, sub praetextu libertatis recuperandae, quam labefactasse cum criminabuntur. Secuta sunt deinde miserrima tempora imperii Romani, cum *NERONES*, *CALIGVLAE*, *HELIOGABALI*, monstra verius et immania portenta, quam homines, rerum potirentur. Magis enim magisque disciplina laxata est, donec imperium colapsum barbarorum incursionibus prorsus concisum et deletum est, ut nunc nomen tantum, seu umbra potius veteris imperii restet, quam imperium ipsum. Haec etiam omnia ideo commemoro, ut videamus, cur interdum puniantur vrbes et politiae, aut cur sint felices et fortunatae. Haec exempla iuuentus intueri debet, et se adsuetudine ad moderationem et disciplinam, non tantum ut vita sit tranquillior, sed quia *DEVS* severa mandauit, colendam esse disciplinam, neque differt poenas, quibus contumaces afficiuntur. Verum una adhuc reliqua est omnium gravissima et verissima causa, proper quam omnia regna, imperia,

peria, politiae, vrbes et resp. atrocibus poenis et maximis cala-
 mitibus concutuntur et delentur, quam praecipue cogitare
 debetis, cum de ruinis et concussionibus rerump. cogitatis. Ea
 est ignoratio *DEI* et idololatria, quae summa contumelia et
 blasphemia *DEV*M afficit. Nam quantis furoribus, quot de-
 liriis, quot foeditatibus plena fuit ethnicorum religio? quanta
 fuit coecitas? quanta caligo? Nec fuerunt multo saniores pon-
 tificum errores, aliquot saeculis retro in Ecclesiam inuencti, qui
 prophanationem coenae Domini in missarum pompis, inuocati-
 ones Sanctorum, nundinationem et quaestum in veniis delictos-
 rum ita confirmarant, ut summa et caput pietatis in his situm
 esse putaretur. Taceo reliquas nugas et præstigias, quae adeo
 sunt stultae, pueriles et impiae, vt sine luce Euangeli tantum
 humanae rationis acie falsae esse deprehendi possent. Corrupta
 autem et vitiata coelesti doctrina, necesse est sequi talia deliria.
 Dementat enim diabolus hominum animos, vt amplectantur ab-
 surdissimas opiniones, et placentia rationi, et si ex diametro cum
 verbo *DEI* pugnant. Quae autem ratio *DEO* placere iudicat, ea
 plerumque sunt falsissima, et doctrinae de *DEO* maxime contra-
 ria. Quare hoc magistratus omniumque gubernatorum præci-
 puum et peculiare munus est, vt curent veram doctrinam de
DEO in suis politiis proponi populo, et iuuentuti, ac operam
 dent, vt quam purissima conseruetur atque ad posteros trans-
 mittatur. Est enim magistratus vtriusque tabulae legis diuinæ
 custos, ne quis putet externæ tantum disciplinae et honestatis
 tuendæ curam magistratui esse commissam. Hoc enim funda-
 mento iacto, id est, verae doctrinae professione constituta, fa-
 cile est reliquis incommodis mederi. Cum autem iuventus sit
 plantarium quoddam seu seminarium Ecclesiae et reipublicae; fons
 et origo est omnis honestatis, virtutis, pietatis et salutis, eam
 a teneris recte formari et institui. Scitis poëtæ dictum, qui
 inquit: *adeo in teneris consuescere multum est*, et experientia ipsa
 testatur, quae primis annis non efficiuntur, ad ea sero adul-
 tos contendere, non enim facile loro assuescit canis vetulus. Sic
 ergo

ergo semina disciplinae mentibus parvulorum instillantur, et animi ad honestatem, eruditionem et humanitatis officia educatione liberali pertrahuntur. Quis non videt, eam rem publicam, in qua haec fiunt, tranquillam, pacatam, felicem, florentem et beatam futuram, quae aucta et ornata in immensum, aliis exemplo sit, qua ratione politiae ampliari, prouehi et dilatari debeant? Et haec sola et vna est sapientia, qua rebus publicis vere consuli potest: tametsi nemo fere in ea re quicquam momenti esse credat. Paucissimi enim sunt, qui de hac re iudicare queunt, quia magnitudinem rei non intelligunt. In hac iudiciorum peruersitate et depravatione, ac tam corrupto saeculo mirum est, vnam aliquam ciuitatem, aut prorsus vnum aliquem adhuc hominem inueniri, cui negotium pietatis et res literaria curae sit. Splendidissimum hoc exoriens artium honestarum et religionis lumen ita iam passim obfuscatur, ac densissima caligine tenebrisque obducitur propter immanissimum contemptum eorum, qui a literis prorsus alieni atque remoti sunt, ut nisi *DEVS* ipse profligatis studiis opem ferat, paulo post plus quam Scythica barbaries securta esse videatur. Imo hodie apud plerosque maiore in pretio est, qui veteres calceos resuit, aut cuiuscunque conditionis homo, quam vir quispiam eruditione et pietate praestans. Haec obiter ut affectui et amori meo erga patriam indulgerem, recensui, quae, ut puto, pro vestro can-dore aequo et benigno animo audiuitis.

Nunc vero de hoc honestissimo instituto et *gymnasio* re-cens *extructa* verba faciam. Cum itaque tanta sit negligentia et ignavia omnium fere ordinum in iuuanda adolescentiae institutione: quis non summa laude et praedicatione dignam esse iudicet eximiam hanc liberalitatem et beneficentiam *ILLV-STRISIMI PRINCIPIS ET DOMINI, DOMINI ALBERTI, MARCHIONIS*, sub cuius praesidio et gubernatione *DEVS* has terras posuit, qui hoc monasterium reipublicae patriae virbis honestissimo consilio benigne donavit, ut in verum usum conferretur, hoc est, ut in eo iuuentus pie et eruditus

dite institueretur , ne desint olim , qui salutarem doctrinam Ecclesias proponant et honestis consilii rempublicam gubernent .
 Vetere enim instituto , nondum depravata religione , collegia monachorum scholae erant , in quibus docebantur adolescentes , nec detinebantur in iis , tanquam in perpetuis carceribus , aut vinculis , neque enim adhuc stulta vota , superstitionis Monasticae stabilimenta , in vsu erant . Cum ergo in omnibus honestis disciplinis , ac practicis in religionis doctrina vere et recte instituti erant ; tum dimiscebantur in scholas et ecclesias ad docendam iuuentutem et populum . Albantur enim docti professores in collegiis , qui omnis generis disciplinas pueris proponere utiliter possent . Et in hunc finem extorta sunt tot monasteria et Collegia Canonicorum a sapientissimis Imperatoribus et Principibus , ut prima aetas recte instituta , quae didicisset , apud alios propagaret . Postea accidit ignavia docentium et negligentia gubernatorum , ut scholastica exercitia collaberentur et fucus quidam rituum , quo rudioribus praestigiae offunderentur , praetextu religionis retineretur . EX utilissimis igitur scholis saginac quaedam otiosorum hominum factae sunt , qui illo vitae genere nihil aliud consecuti sunt , quam quod sibi ipsis perpetuos cruciatus in mentibus et conscientia , aliis vero offendentes animorum , et dubitationes , et infinitos errores pepererunt . Ita degenerare solent optima instituta , ita perueri et depravari , ut merito exclamat poëta : *Sic omnia fatis in peius ruere et retro sublapsa referri .* Sed non institui querelam de hac misera condizione studiorum pietatis et literarum , quae in otio Monachorum prorsus conciderunt et misere ecclesiam afflixerunt : hoc potius patriae vrbi gratulandum esse censeo , quod tanta felicitate et tanto consensu restitui in ea literarum studia videamus . Singulari itaque laude digni sunt , ornatisimi viri , Consules et Senatores , quod tantis impensis et sumtibus laboribus et curis , tam splendidum et eximum domicilium Musis vbique exulantibus constituerunt . Dixi initio orationis meae , me non sine summa animi mei delectatione intueri egregia Ornamenta et decora , quae his

his annis proximis patriae accesserunt, ut sunt aedificia publica, statuta, ordines, leges et alia: sed huius Gymnasi*i* constitutio omnia illa longissime superat et excellit. Utinam hic prudenterissimum ordinem senatorum pro dignitate laudare et celebrare possem, propter hanc in studia literarum et pietatis promptissimam curam et propensissimam voluntatem. Sed ingenue fateor imbecillitatem meam. Partim enim ruditate et infantia mea impedit, partim etiam ingens laetitia et affectus obstat, quo minus eloqui possim, quae et sentio et cogito de hoc instituto. Fuerunt veterum multa ambitiosa monumenta, ut pyramides Aegyptiae, colossus Rhodius, cuius rudera nongentis camelis Solianus Alexandriam vexit; item theatra romana, porticus, basilicae, statuae, signa, columnae, quae diuitias et gloriam eorum, a quibus condita erant, testabantur: sed inane spectaculum considerantibus praebabant, neque quicquam erat in illis insanis substructionibus, ut cum Cicerone loquar, quod sapientem spectatorem magnopere moueret. Sed huius Gymnasi*i* nostri constitutio tantum illas inanes moles omnes a veteribus excitatitas excedit, quantum utilia inutilibus, et sancta profanis praestant. Dignissimi ergo sunt immortali laude et *LIBERALIS SIMVS PRINCEPS*, et Senatus, quod studia salutaria excitari cupiunt in his partibus. Et procul dubio non defuturi sunt apud posteros, qui hoc praeclarum studium vtrorumque literis commendabunt. Ignoscat *ILLVSTRISSIMVS PRINCEPS*, quod laudes honestissimi ordinis senatorii cum ipsius laudibus aequem et coniungam. Certant enim aliquo modo *PRINCIPIS* liberalitas et huius ordinis studium et diligentia in prouehendis literis. Nam virumque magnum est, hos quidem tam sapienter cogitasse de iuuandis studiis, *PRINCIPEM* vero consilia eorum probasse. Rursus *PRINCIPERE* dignum est, tam benigne contulisse et donasse petentibus, quod a liberalitate eius postulabatur. Id vero multo maximum est hoc corruptissimo, addo etiam miserrimo et calamitosissimo tempore, in tanta iudiciorum et opinionum absurditate reperi*ti* aliquos,

qui honorem aliquem literis habendum esse censeant , quemadmodum supra etiam dicere coeporam . Satis esset non negligere studia humanitatis et artium , et ad necessitatem colere propositis praemii docentibus et discentibus . Sed quotus quisque est , vel ex gubernatoribus , vel priuatis hominibus , qui de suo ad ea conseruanda aliquid conferret ? Vere ergo magnum et paeclarum est , patriam vrbum non tantum visitato modo rei literariae magnum admouere , sed etiam ornare velle , et decus illis atque honorem conciliare . Nihil aequi inimicum est honestis rebus ac contagium , et corruptio . Exemplo enim aliorum citius mouentur homines ad omittenda honesta et laudata opera , quam imitanda . Citius in familia seruorum improbitatem sequuntur liberi , quam parentum honestorum virtutem . Cum igitur totus orbis terrarum odio et contemtu literarum ardeat : manifestum est , paeclarissimam rem esse et miraculi seu prodigi similem , quod a contagio et depravatione odii huius et contemtus ullus sit adhuc locus seu angulus immunis et intactus . Deinde hoc quoque longe paestantissimum est , tali tempore , quo vix aliud fuit vnquam tumultibus , perturbationibus , mutationibus et ruinis rerum publicarum infestius , non deterreri patriam a fo- vendis et complectendis studiis . Bellorum tumultibus et metu armorum nulla iam respublica ac ne quidem priuata fere domus vacat . Dissensiones tantae sunt , vt ne spes quidem apparere tanti mali sedandi . Ac si recta rem reputare via volumus , nullum fuit vnquam tempus turbulentum magis ac periculosius . In his fluctibus et tempestatibus , tam forti esse animo et constanti , nec tantum conseruandae posteritatis , sed ornandas etiam consilia agitare , non postrema virtus est . Perge itaque , o patria vrbs , perge bonis auibus , C H R I S T O , D E I aeterni patris filio , duce et auspice , literarum studia fouere et prouehere , perge coelestis doctrinae semina conseruare . Aderit tibi , quem inuoco , D E I filius , et gubernabit hoc incepturn et fortunabit , vt non tantum posteritati sit occasio fruendae et commendandae huius felicitatis ; sed quoque gloria inde celebrabitur , nec deerunt , qui

in omnem aeternitatem in *DEI* conspectu, in illa beata et immortali vita inter praestantissimos et sanctissimos viros, in consuetudine perpetua augusti illius et diuini coetus Prophetarum, Apostolorum, Doctorumque omnium aetatum haec beneficia recensebunt, quae in pulcherrima artium studia collata sunt, et enumerabunt commoditates, quae ex hoc instituto ad ecclesiae gloriam prouenerunt.

Inuitat me et accedit patriae amor, ut diutius in his memorandis immorer: Sed propero ad eam partem, quae adhuc nobis explicanda incumbit, quam supra breuiter attigi, de ciuibus nostris, qui in literis versati nostra et patrum memoria doctrinam singularem sibi compararunt, et utiliter postea recipubliae, scholis et ecclesiis seruierunt, et hodie adhuc seruunt, quorum non poenitendum est numerus et maior sane, quam pro mediocritate vrbis nostrae. Rursus ergo mihi in mentem venit, non dubium esse, quin hoc institutum instaurandae scholae *DEO* gratum sit, cum et ad gloriam eius et celebrationem praecepit faciat, deinde ingentes utilitates hominibus pariat. Et hic versus esse apparet, quod saepe dicitur in Apostolicis et Prophetice scriptis, *DEV' M* eligere infirma mundi, et potentiam suam imbecillitate perfidere, et ex ore infantum et lactentium parare sibi laudem. Ex mediocribus vrbibus, interdum etiam paruis oppidulis, solet sibi *DEV'S* colligere magnum coetum eorum, qui politiis et ecclesiis praeesse possunt, erigit enim e puluere et stercore, inopes, et cum principibus eos collocat. Magnae autem vrbes pauciores habent eruditione praestantes viros, quod saepe admiratus sum. Quippe hoc Philosophi istius huc quadrat, qui cum interrogaretur, quid *DEV'S* ageret, respondebat, cura extollere abiecta et humilia, sublimia autem deprimere. Scitis etiam *CHRIST' M* ipsum *DEI* filium hoc sermone vsum et eundem a Petro Apostolo repetitum esse. Maior ergo laus est minorum ciuitatum, excellere viris doctis, quam maiorum, quae tantum potentia et diuinitas nituntur. Haec nimirum *DEI* consilio sunt, qui non in Monarchiis sedem ecclesias suae col-

locauit ab initio , sed in Iudea , loco humili et contemto , cuius etiam nomen in historiis et aliis scriptis suis Autores aut refugerunt aut contumeliose nominarunt . Potest autem **D E V S** sine praesidio et opibus humanis suam ecclesiam regere et conservare , veruntamen propter hanc ingratitudinem magnis vrbibus et politiis doctrinam et cognitionem sui rursus afferat et aliud hospitium ecclesiae quaerit . Nunc ergo , quod quidem ad patriae laudem multum , plurimum vero ad **D E I** gloriam faciet , enumerabo ordine eos viros , qui in literis et doctrina pietatis clari extiterunt hac aetate in hac vrbis orti et educati , vt constet non esse rem nullius pretii aut momenti , de recte instituenda iuuentute consilia capere , studia que artium et humanitatis colere , souere , prouochere et ornare . Ac bona spes habet animum meum , **D E V M** ad futurum huic instituto et in hac summa huius temporis felicitate , cum vera instituendae iuuentutis ratio animaduersa sit , infinita commoda sensuram esse patriam : quandoquidem superioribus annis tanquam fuit eruditorum prouentus , vera instituendi ratione nondum prolata , ac tota hac literarum luce sub densissimis nebulis latente . Ac videre liquet multa felicia ingenia , quae sub doctissimo viro , Domino Iacobo Petrio (*) Herbipolensi , amico et collega meo eximie caro , in studiis militarunt , ex hac schola tanquam ex equo Troiano prodiisse olim non inutiliter ecclesiis et scholis seruitura . Nec dubito , quin in posterum quoque , **D E O** incepturn nostrum gubernante et prouochente , non parum operae pretium facturi simus , cum communicata opera et vnanimi consensu pueritiae fidei nostrae commissae optimas artes ac praecetta honestatis et pietatis pro virili proponeamus et inculcabitur . Ut autem ordiar tandem catalogum doctorum hominum , quos haec patria nostra produxit , et aliquando orationi huic finem imponam , dixi antea , me eos tantum enumerare velle , quos haec aetas nostra vidit , vel quorum memoria adhuc recens est , vel qui adhuc sunt in viuis . Ne autem recitatio sit confusa et indi-

(*) Ita reddit germ. Schlemmer.

indistincta et ob id taediosa , in certas quasi classes seu ordines eos describam . Ac primum hos commemorabo , qui Ecclesiam in patria vrbe rexerunt , secundo qui scholae praefuerunt , tertio qui Ecclesiastis foris rexerunt . Deinde gubernatores huius collegii Franciscani , quod nunc sanctissimo instituto in ludum literarium est conuersum , nominabo . His at texam Catalogum eorum , qui sacris iniciati ministerio Ecclesiastico functi sunt . Sextus locus eorum erit , qui ex scholis ad rem publicam accesserunt . Septimo autem ordine eos collocabo , qui hodie et in scholis et Ecclesiis docent *oīyzeoyoi* et conuictores mei , vna mecum in studiis et exercitiis scholasticis versati . Ad postremum adolescentes recensebo , qui iam in studia literarum ingressi non mediocri spe et expectatione ea tractant .

Nolo autem largiores historias aut integras narrationes de vita , moribus et doctrina horum clarissimorum virorum instituere , sed tantum breuiter et summatim nomina et res gestas eorum , tanquam in tabella quadam proponam . Audietis autem multos a me nominari , quos facile cogitare poteritis nunquam a me visos esse . Verum , ne putetis me fingere aliquid , sciatis , me illa accepisse a clarissimo Viro , Domino D . MEDLERO , carissimo meo et optatissimo socero et patre , qui plerosque horum vidit et cognovit , illamque eorum successionem et ordinem memoria tenuit : nec dubito , quin in hoc auditorum numero multos sim habiturus testes meae orationis , qui hoc ita se habere scient , et me vera dicere testari poterunt .

Inter primos igitur , qui in hac patria nostra nati ecclesi am sua cura et diligentia rexerunt , quorum commemoratione paulo ante dixi hunc catalogum me ordiri velle , est M . KVNIGSDORFERVS , (*) vir magna pietate et eruditione clarus . Hic

I.
Ecclesiastae
Curiales
Curienses.

B 3

eccle-

(*) Defuncto a . 1495 . Domino Doctori Georgio a Gotesfeld , plebanu sufficiebatur Doctor Theodoricus Morung sive Morring . Is quoniam admodum raro Curiam veniebat , ecclesiam Curiensem regebat per vicarios ad S . Michaelis . Horum primus erat hic M . Erhardus Koenigsdoerfferus ab anno dicto ad 1511 . quo mortuus et quidem d . 13 . Maii , vid . de hoc et seqq . Chron . VViedm . et Orat . Blebelii .

ecclesiam ex suis facultatibus ornandam esse censuit. Ceremonias enim sacras in templo, sicut mos erat et pietas istius temporis, hoc pacto auxit, ut quotidie rem diuinam celebrari, hoc est, illud sacram, quod vulgo sumimum officium vocant, peragi curarit. Hic extima sapientiae laude clarus fuit, non enim ea tantum, quae tunc facere potuit, sapienter et pie fecit, sed multa in futurum prospexit et praedixit. Nam et hos omnes motus, qui ne hodie quidem adhuc consilescunt, animo praeuidit, et nominatim eam famem, seu annonae difficultatem, quae anno 1530, has regiones duriter adflicxit certissimus vates sine dubio futuram esse multis annis antequam fieret, praemonuit, et, quod maius est, affirmare ausus fuit, siue diuinitus, siue conjectura aliqua motus, conuentum imperii, qui illo ipso anno actus est, postremum fore in imperio Romano. Etsi autem multa alia co-mitia post illum conuentum indicta sunt, nemo tamen ignorat, parum, aut nihil in illis actum esse, tanti imperii nomine dignum. Taceo multa alia incredibilia, quae diuinus ille vir va-ticinatus est, quoram cumentum adhuc expectamus, quae ex cer-tissimis et veris authoribus, qui eum audierunt et familiariter cognoverunt, accepta sunt. Sicut autem iis, quae exitus ipse iam diu probauit, euentus non defuit, ita haud dubie et alia, quae praemonuit, irrita non erunt. Saepe etiam dicere solebat, po-steritatem et doctos homines et sana consilia valde desideraturam esse. Sed de hoc satis. Venio ad alios, vixit cum M. KVNIGSDOR-

2. FERO M. SOERGELIVS, (*) qui et ipse vir erat magnae sanctitatis et eruditio-nis. Hanc enim Ecclesiam sana et vera Eu-angelii doctrina instituit, ac indoctos sacrificulos sui saeculi sae-penumero acriter et seuere obiurgauit, quod sacrarum literarum lectionem negligerent. Et vsus est egregio et praeclaro Apoph-thegmate contra otiosos et inertes missatores, quo ipsis, cum re-gni pontificii cultores et defensores accerrimos perhiberi vellent, potentiae suae inclinationem et ruinam breui secuturam praedi-xit.

(*) M. Iohannes Soergelius Vicarius plebani fuit ad S. Michaëlis ab a. 1511.
ad 1514: quo obdormiuit et quidem d. 19. Febr.

xit. Vos iam , aiebat , D. P A V L U M Apostolum et diuina eius
 scripta sub scabellis abducitis , pedibusque concutatis : Is prope-
 diem emerget , et vos eo , quo a vobis proiectus est , coniiciet.
 Memorabile dictum est , et non sine afflatu diuino ex huius viri
 ore profectum. Et hic S O E R G E L I V S probat , verum esse ,
 quod C I C E R O scriptum reliquit , nullum magnum virum sine
 afflatu diuino exstisset. Ac multa mihi de hoc praestantissimo
 viro dicenda essent , nisi viderem , tempus extrahi longis com-
 memorationibus. Hoc tamen omittendum omnino non est ,
 diligentem eum et assiduum lectorem sacrarum literarum fuisse ,
 quas etiam adeo sincere interpretatus est , vt ex eius doctrina et
 concionibus multi cognoverint , inuocationes sanctorum et pere-
 grinationes ad statuas et loca , in quibus colebantur mortui san-
 ctii , praeterea venias pontificias , quas indulgentias vocabant , ve-
 nundari solitas , magnoque in quaestu habitas , vt scitis , idolo-
 manias esse , cum nullae adhuc quaestiones vsquam de ea re mo-
 tae essent. Docebat enim sanam et puram Euangelii doctrinam ,
 abhorrens ab omnibus nugis et opinoribus papisticis. Non e-
 nim consentaneum est , cum aliquid tribuisse huiusmodi nacuis
 et deliramentis a pontificibus et adulatoribus eorum ex cogitatis ,
 qui de D. P A V L O tam magnifice senserit et locutus sit. In Eu-
 angelii etiam confessione et docendi labore ultimum quasi spiri-
 tum reddidit. Nam cum Sexagesimae die Euangelii lectionem
 de quadruplici semine interpretaretur , eamque C H R I S T I vo-
 cem , quae in lectione quasi Epiphonema quoddam adiicitur , qui
 haber aures ad audiendum , audiar , ad refutandos papistarum errorcs
 populo inculcaret , tanta orationis vehementia et vocis conten-
 tione usus est , vt de suggestu descendens ad rem diuinam pro
 more sui sacculi faciendam ex apoplexia collaboretur , triduoque
 post ultimum vitae diem in hac praeclara doctrinae suae profes-
 sione clauderet. Hunc consequitur Magister H O L L E R V S .
 Nam Soergelio in administratione muneris ecclesiastici successit.*

3.

Hic

* Wiedmannus in Chronico ad a. 1514. et Blebelius in oratione inter
 Soergelium et Hollerum habent Pancratium Neudeckerum Weismainen-

Hic et totius parochiae gubernationem tenuit, et in ecclesia docuit. Fuit enim homo grauis et doctus et tametsi errores, qui tum in ecclesia valde inualuerant, manifesto reprehendere non auderet multis tamen certissimis indicis haud obscure ostendit iis, qui familiarius conuertabantur cum eo, cultum illum, qui tunc visitatus erat in ecclesia, erroneum et idololatricum esse. Nam et *TEZELIO* se opposuit, qui furiosis clamoribus indulgentias pontificias vulgo venditabat. Et cum impudentiam *TEZELII* refelleret, ab eo Romam citatus singulari artificio insani hominis et impostoris calumnias vix effugit. Nam Scoto cuidam Roman proficisci, et literas dedit, et aliquantulum pecuniae numeravit, vt ea ratione iudicii vim declinaret. Autor etiam fuit, ne ministrum *TEZELII* pecunia, quam immensam collegerat, omnis sequeretur, sed retenta aliter et melius usurparetur. Tanta ergo sapientiae laude excelluit, vt et *MARCHIONI FRIDERICO* a consiliis esset, et in legatione Marchica Princeps eius opera uteretur. Non autem vt alii acerbe in doctores, qui tum pontificios errores reprehendebant, inuehebatur, imo alias ad moderationem adhortabatur, cum *GAMALIELE* dicens: *Si diuinitus haec sunt, non est, vt quisquam aliquid contra molitur.* Fuit enim studiorum et doctrinae amantisimus, ac multa legere solebat, quae diligenter ad sua tempora accommodabat. Tandem relictæ functione in patria Erfordiam se contulit, et in ea academia, quac tunc temporis celeberrima erat, inter doctos homines vitam finiuit.

Post *HOLLERVM* ecclesiam rexit *M. CONRADVS REVTERVS* (*) ex vicino pago sui nominis oriundus, Is in hac

sem, Vicarium *FRIDERICIM. B.* Praepositi Herbipolitani et Plebani Curiensis. Quem *Streitbergerus* ideo forsitan omisit, quoniam Curiam patriam non habuit. Vitam finiuit 1517. feria II. pentecostes. Eodem anno Vicarius esse coepit *Hollerus*, quo vero desierit, id non adnotauit *Wiedmannus*.

(*) Wiedm. ad annum 1517. Wenn M. Holler die Pfarr zu S. Lorenzen versorgete, predigte an seine statt zu S. Michael M. Conrad Reuter von Conradssrent bürting. Damals war auch ein Priester zu S. Mi-

hac ecclesia educatus primum presbyterii dignitate , deinde pastoris etiam munere functus est. Videmus itaque nostris hominibus neque ingenium , neque industriam defuisse. Ad summa enim contenderunt , et nisi saeculi istius ruditas eos impediisset , sine dubio ad maiores dignitates ac honores adscendissent. Sed pergo ad alios. *REVTERVS* propemodum suae gubernationis in ecclesia collegam habuit *M. IOHANNEM LONGIVM*,(*) presbyterum , virum grauem et vigilantem in suo officio , qui exemplo vitae et morum dexteritate multis suspiciendus fuit. Hic fratrem habuit eodem nomine (***) minorem natu et ipsum presbyterii ordine insignem , cum bonum, tum mansuetum hominem. Vtiusque sepulchrum in *D. MICHAELIS* templo visitur. Haec est , ut mea quidem fert sententia (***), pulcherrima successio optimorum virorum , qui et doctrina et pietate non mediocri insignes fuerunt , quorum virtus et rectum iudicium digna sunt , ut memoria eorum apud posteros et duret et vigeat.

Venio nunc ad alterum ordinem , quem dixi esse eorum , qui scholae gubernationem tenuerunt in hac nostra patria , in ea et nati et educti , qui non dissimili ordine scholae praefuerunt , quam hic ecclesiae , quos iam commemorabam. Non dubito autem multo plures fuisse , si quis eorum successionem meminisset : verum ego hos tantum enumerabo , qui autoribus meis , a quibus hacc accepi , noti fuerunt. Inter hos , quorum vetustior est memoria , fuit *WOLFGANGVS SCHLOETTERLEIN*, (****) cuius vxorem postea duxit Dominus Consul *CONRADVS FEILT-*

II.
Scho-
lae gu-
berna-
tores.

6.

C SGHE-

chael , Herr Joh. Lang / welcher hernach anno 1521. starb / liegt zu St. Michael begraben.

(*) a *VViedmann. Langius* , a *Blebelio Longinus* dicitur.

(**) *Blebelius* alterum nominat *Georgium* , alterum *Johannem*. Vtrum reatis quam *Streibergensis* , possemus e cippis dijudicare , si integri esent et illaesi , sed praetermitit eos *Exc. Layrizius* in programm. de cippis ad S. Michaelis , referendos sine dubio inter exesos , de quibus ille p. 195.

(***) Vid. *Orat. Blebelii* , qui addit *Thechium*.

(****) Scholae praefuit 1502.

7. **SCHERVS**, sacer **M. CASPARI LOENERI**. Post hunc fuit **IOHANNES ENGELHARDVS**, qui cum scholastico munere se abdicasset, ecclesiam in prothodochio patriae, quam diu vixit, gubernauit. Huic successit **ANDREAS GOESELIVS**, (*) comitate morum gratus omnibus, qui deinde relecto hoc munere, postquam sacris initiari voluit, in vicinis pagis **Triebelo** et **Eichio** ecclesias **CHRISTI** docebat. Administravit autem scholam post eum grauis vir, **IOHANNES SCHILLERVS**, 9. quem deinde secutus est in officio **MARTINVS HELFERVS**, qui fratrem **NICOLAVM** scholasticae administrationis Collegam (**) habuit, hominem doctum et praecipue mathematicarum disciplinarum indagatorem. Hic **MARTINVS** primus extitit his partibus, qui papatui renunciauit, et eius rei egregiam confessionem edidit sub Illustrissimo principe celebris memoriae et laudatissimi nominis, **MARCHIONE CASIMIRO**, coram **GVLIELMO GRVNERO** huius urbis praefecto. Tandem vero in Wittebergensem Academiam sese contulit, et in ea aliquot annos versatus est, ut conferret sententiam suam de doctrina coelesti cum luminibus istis ecclesiae, quae diuinitus in isto loco excitata sunt ad repurgandos errores, qui in ecclesiam inueneti fuerant. De ea itaque doctrina, quam antea egregia confessione probauerat, clarissimorum virorum iudiciis confirmatus revertitur in patriam, et in vicinis locis **Losano** et **Selbicio** eam doctrinam, quam hauserat ex illis viris, summa diligentia et fide docuit et propugnauit. Post hunc (***) scholae gubernationem suscepit **ERHARDVS MENZEL**, cognomine **METSIDERVS**, homo doctus, et singulari moderatione animi praeditus. Hic quo ingenio fuerit, facile inde apparet, quod musicam artem adeo dilexit, ut a nemine magis amari possit. Nam si quis ab ea

(*) *VViedm. ad a. 1511. Paulus* (NB. non Andreas) *Gösel ward Schulmeister/ und blieb doch nicht lang in der Schul/ sondern begab sich bald zu Kirchen-Dienst/ und wurde Pfarrer zum Eribel / item zum Eichig.*

(**) *Et successorem, vt vult VViedm. ad a. 1514, et Blebelium in Oratione.*

(***) *Potius post Nicolaum.*

ab ea arte alienus est , is nimirum ab ipsa quoque humanitate et
omni sapientiae cultura abhorret . Ad Theologica studia postea
totum se composuit , et in ecclesia Trumsdoriana hodie adhuc do-
cet . Habuit autem suae gubernationis fidissimum Collegam Do-
minum **JOHANNEM RIEBSTEIN** , Baccalaureum , (*) la-
tine et graece perdoctum hominem , et ipsum Musicae amantissi-
mum et egregie peritum , qui tandem in hac viba patria in sena-
tum lectus rem literariam egregie iuuit et alia publica munera vti-
liter administravit . Immatura autem morte raptus est , calculi
passionibus vehementissimis fatum accelerantibus . Magnum in
hoc viro patria nostra praefidium amisit , si enim in hunc usque
diem vixisset , non esset postremus in hoc Gymnasio nostro ex-
colendo et ornando . Nam et ecclesiae et scholarum ministros
ita amabat , ut sine illis raro esset . Cum autem moreretur eo
tempore , quo celebris ille conuentus Augustanus ageretur , in
quo *confessio* doctrinae euangelicae , quae hodie adhuc *Augustana*
dicitur , per Principes Euangelicos edita est , magna expectatione
euentum celeberrimi istius Conuentus videre optabat . Dicebat
enim , se nulla alia de causa longiorem vitam optare , quam ut
videret , qualis adhuc futura esset admiranda *DEI* gubernatio in
defendenda ecclesia et doctrinae coelestis propagatione . Sed cal-
culi doloribus extinetus est , ne videret illas calamitates , quae
postea sunt secutae . Deinde secundo (**) **ANDREAS GOE-**
SELIVS , deinde autem **JOHANNES HOLLERVS** , et post
eum **WOLFGANGVS** ex **NARRIANA** familia oriundus
scholasticum munus administrarunt . Haec successio ciuium post-
ca interrupta est . Nam fatali quodam casu studia felicissime re-
staue-

C 2

(*) Wiedm. ad a. 1514. Joh. Riebstein ein promotus Baccalaureus , in
Griechischer und Lateinischer Sprach wohl erfahren / war damals Bac-
calaureus , darauf Cantor und auch Schulmeister / doch eine kleine Zeit .
Dieser ist aus der Schulen zum Rath - Stand gezogen / und zum Bur-
germeister gebrauchet worden . 1529 .

(**) Fuit hic forsitan diversus ab illo Goesilio , quem Wiedmannus no-
minat *Paulum* . Huic et ipse *Andreae* nomen tribuit ad annum 1524 .
Interim *Scheibbereri* vestigia premit *Blebelini* .

12.

13.

14.

staurata sub id tempus rursus collabi , et scholae negligi coepi-
 runt, partim vulgi odio, partim importunitate quorundam, qui
 doctrinam euangelii non recte acceperant. Itaque et scholae gu-
 bernatio ad exteris a ciuibus est ablata , aliquando autem post
 15. **FABIANO SCHILLERO** hoc muneris subeunte denuo ciui-
 vum facta est haec administratio. Hic **SCHILLERVS** tandem
Schwarzenbachensem ecclesiam rexit. Verum cum collapsas scho-
 las restituere non sit cuiusvis, hic **FABIANVS** in ea re sine suc-
 cessu laborauit. Accersitus itaque (*) et huic suffectus est **MED-**
LERVS (**) noster, iuuenis adhuc, qui magno conatu, et im-
 mensis vigiliis et sudoribus non scholae tantum, sed etiam eccle-
 siae restorationem adiuuit. Cum enim Dominus **M. CASPAR**
LOENERVS euangelium doceret in hac ecclesia, eamque ab er-
 roribus et impietatibus pontificiis tanquam Augiae stabulum re-
 purgaret, adiunxit sibi **MEDLERVM** nostrum et ex cathedra
 scholaistica in suggestum traduxit (***) , ita tamen , vt scholam
 non defereret. Communicata ergo opera aliquamdiu veram do-
 ctrinam professi, hunc ordinem, quo hodie adhuc vtitur ecclesia,
 instituerunt. Sed ingrauescente odio praefecti (†) , vterque ces-
 sit (††) , cum optimates eos tueri non possent , ac **MEDLERVS**
 Wittebergam venit, vt studiis theologicis colophonem impone-
 ret. Reliquit autem in patria seminarium quoddam ingeniorum,
 ex quo subnati sunt non pauci, qui et scholis et ecclesiis non inu-
 tiliter seruunt, quos nominabo postea , cum de iis dicendum erit,
 qui vna mecum in studiis sunt versati , et ab eo prima elementa
 literarum et pietatis hauserunt. Sed de hoc viro postea plura
 nobis dicenda erunt : Non enim habet haec ciuitas excellentio-
 rem virum. Nam et singulari prudentia praeditus est, et consi-
 liis multum valet, vt taceam interim pietatem eius et eruditio-
 nem, atque studium eximum erga ecclesiam , et scholas, quibus
 vt prodesse possit, nullis parcit laboribus et vigiliis.

III. Dixi hactenus de gubernatoribus ecclesiae et scholae in pa-
 tria

(*) a. 1528. (**) vid. m. infra n. 88. (***) a. 1530.

(†) Doctoris Christophori à Beulwicke. (††) a. 1531.

tria vrbe, postulat nunc institutum meum, vt de *is* dicam, qui fo-
ris et in aliis locis ecclesias administrarunt. Inter hos merito prin-
ceps est Doctor *SCHILLERVS*, vir magnae autoritatis et con-
sili, qui ecclesiam Montis diuae Annae magna cum laude guber-
nauit. Hic *MATTHIAM DEV SCHLERVM* in bonis literis
educauit, nepotem ex sorore, hominem excellenter doctrum: Ad
carmen enim pangendum natus erat, et sicut de se Ouidius scribit:

Sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos,

Quicquid conabar dicere versus erat:

ita hic *DEV SCHLERVS* carmina loquebatur, imo fundebat
sine vlla praemeditatione, quod sane maximam ingenii vim in
eo declarat. *EOBANVS*, phoenix poëtarum nostri seculi, ea
quoque facultate ingenii erat, vt et simul faceret et scriberet ver-
sus. Hac diuina ingenii facultate noster quoque *DEV SCHLE-
RVS* donatus erat. Nemo enim calamo versuum eius compo-
sitionem sequi potuisset: ita ex tempore in illa ingenii vbertate
carmen profundebat. Fuisse hoc ingenium vniuersae rei litera-
riae magno ornamento, nisi postea insani Martis castra, quam
Mineruae sequi maluisset. Post Doctorem *SCHILLERVM*,
Doctorem *HENRICVM GEILSDORFERVM* colloco, qui
cum ecclesiam in *Aureo Cronaco*, vicino oppido, regeret, in patria
tamen sepeliri voluit. Et extat eius monumentum in Diui *MICHAELIS* templo celeberrimum cum effigie et inscriptione.
Eodem tempore cum his clarissimis viris vixerunt *M. KVNIGS-
DORFERVS* et *SOERGELIVS*, de quibus paulo ante dixi, qui
domi ecclesiam gubernarunt. Sed pergo in enumeratione eo-
rum, qui cum iam dictis viris eadem aetate vixerunt, et in gu-
bernatione scholarum vel ecclesiarum constituti eruditione et vir-
tute sua patriam vrbum illustrarunr. Inter eos celebre nomen
habet *NICOLAVS DECHIVS*(*), qui in inclyta Saxoniae
Brunsviga primum scholis praefuit, deinde virginibus *DEO* dicatis
praepositus Collegium earum ita rexit, vt memoria nominis illi-
vs hodie clarissima sit in eo loco, et Romano nomine *DECIVM*

C 3

cum

(*) Alii scribunt *Degius*, *Wiedm*, *Thechius*,

16.

17.

18.

19.

- cum insignierunt. Is magna cum admiratione gentis Saxonicae concentus Musicos pluribus vocibus in ea vrbe instituit, cum ante eum inaudita esset talis diuersarum vocum harmonia. Quandoquidem autem honestissimae huius familiae DECIVM in patria nostra mentionem feci: dicam de aliis quoque non indoctis viris, qui ex ea originem ducunt. Hic enim NICOLAVS,
 20. de quo iam dixeram, fratrem IOHANNEM DECIVM (*) habuit, non veterinum quidem, sed germanum tamen, qui huius coenobii, in quo iam haec agimus, rector extitit. Quia autem sermo incidit de Monastica gubernatione huius Collegii, dicam adhuc de uno atque altero, quibus haec administratio mandata fuit. Nam hunc IOHANNEM DECIVM in ea functione antecessit (**) IOHANNES FISCHERVS, Fischerum item BO-
 21. NAVENTVRAGANOTVS, (***) qui totius Franciscani ordinis in his Germaniae partibus prouincialis, ut vocant, generalis erat. Nunc ad Decios redeo, M. WOLFFGANGVS DECIVS, qui robustae vocis erat, Noribergae in proclamandis reliquiis Sanctorum praeco fuit, deinde in patria vrbe et Salinis Saxonis, quas Halas nominant, concionandi munere fungebatur. Nunc breuiter addo reliquos. Habemus ciuem insignem virum
 22. 23. 24. 25. IOHANNEM WVNSCHOLTVM, consulis fratrem, qui Wittebergae sacras literas et didicit et professus est, hodie autem in ducatu Lignicensi supremum ecclesiarum inspectorem agit. Huic subiicio Magistrum BACHMANNVM, plerisque nostrum non ignotum, qui in Monte Diuae Annae primus euangelii sanam

(*) a. 1513. Guardianus Franciscanorum erat FRANCISCVS Thech, autore Wiedmanno.

(**) Wiedmannus Francisci Thechii antecessorem dicit Kellermannus. Sic enim ad a. 1511. Zu der Zeit war Nicolaus Kellermann Gardian im Franciscaner-Closter: Franciscus Tech war Lefste-meister / welcher hernach auch Gardian worden ist: nach ihnen folgte Hermannus Schmid und Augustinus Fischer/ beide Mönchen neben andern.

(***) De his duobus altum in Wiedmanno silentium. a. 1501. et 1502. Provincialem potius nominat Ioh. Hanstatt et Gardianum Chilianum Meyer.

sanam doctrinam instaurauit, sub duce **GEORGIO**, a quo in
 vincula et carcerem coniectus, constantissime eam doctrinam
 confessus est, multis deinde annis in hac nostra ecclesia docuit
 magna cum diligentia, tandem in *Beireutho*, vicino oppido, in
 ecclesiae administratione vitam finiuit. Hanc administrationem
PETRVS HAVEISEN, vita functo Bachmanno, suscepit, 26.
 qui et ipse ciuis noster erat, atque ante *Beireuthanam* gubernationem
 in *Rebauia DEI* ecclesiae veram de **DEO** doctrinam impertivit.
 Sunt et duo fratres **IOHANNES** et **AEGIDIVS SCRIBE**. 27.28
VOLII, doctrina et pietate insignes, qui non sine laboribus et
 certaminibus vere et pie docuerunt. Non recte et **MICHAEL** 29.
BAVMANNVS omitteretur, qui ecclesiam *Tirschemianam* hodie
 instituit et regit. Non praeterire possum et Domini **CLVGII** 30.
 consulis fratrem **CONRADVM**, qui in praecipuo ordine *Domi-*
norum, quos *Teutonicos* vocant, claruit, postea apud *Rochlizenenses* pri-
 mus doctrinam euangelicam professus, ad extreum ob amorem
 patriae in vicino loco *Cerumonte* pastor ecclesiae factus ibi in
 sancto isto munere vita functus est. Reuersus enim et in vici-
 niam ob amorem patriae, ut non procul ab eo loco ex hac vita
 discederet, in quo initium vitae sumserat. Est et **HENRICVS** 31.
PLANCVS, ciuis noster, presbyterii dignitate in hac ecclesia cla-
 rus, in vicinia ad docendam ecclesiam *Kirchenlamizensem* accersitus,
 in eodem munere sancto ex hac vita euocatus est. Fuit et **NI-**
COLAVSBENERVS hoc in loco natus, qui ante **PETRVM** 32.
HAVEISEN *Rebauensem* ecclesiam suae curae commissari ha-
 buit. Is et physicen exercuit, herbarum vires inquirendo, et
 medicinam, quae physicae coniuncta est, non imperite tractauit.
Addo et **HENRICVM KLINGERVM**, pastorem *Liebenstei-*
nensem, qui non sine certaminibus docuit sub magistratu non eu-
 angelico, **PANCRATIVM TASCHNERVM**, pastorem
Geilsdorffensem, **IOHANNEM FRITSCHELIVM**, Diaconum
Aschensem et **AKERMANNV**, qui in inclyta *Norberga*
 concionatus est, et **MATTHAEVM FEINTELIVM**, pa-
 storem *Wartenfelsensem*. 37.

Sequi-

- V. Sequitur nunc ordo eorum, qui *sacris iniciati presbyterorum*
titulis insignes fuerunt, qui vel propter honestissimas familias, ex
 quibus orti sunt, commemorandi videntur, cum plerique veram
 doctrinam de *DEO* ad postremum amplexati sunt: vel quod pa-
 tria nostra eos et produxit et aluit, quamdiu vixerunt. Inter
 38. hos vetustiores fuerunt *IOHANNES CINERVUS*, praeterea *NICO-*
 39.40 *LAVS ERBESMANNVS*. Magistrum vero *HEIDENREICHIVM*,
 hominem multiplicis et variae lectionis nemo non nouit, qui non
 41. diu ante hoc tempus ex hac vita discessit. Est et *ERHAKDV*
IHANVS in hoc ordine commemorandus. Huic contigit, vt
 omnium primus in hac ecclesia partem euangelicae lectionis, quae
 certis diebus legi solet, genuina et vernacula nostra lingua audi-
 toribus publice in templo recitaret eo tempore, quo *illusterrimus*
Princeps CASIMIRVS nunquam non laudandus et aeterna me-
 moria dignus ecclesiarum emendationem instituebat. Eadem
 42. aetate insignes fuerunt *NICOLAVS TVCHSHERERVUS*, qui praece-
 ptorum nostrorum Wittebergensium scripta sedulo et diligenter
 legit, maioris tamen lectionis, quam facundiae homo, et *NICO-*
 43.44 *LAVS GMEINERVUS*, *VVOLFFGANGVS SCHLEGELIVS* et *IOHAN-*
 45.46 *NES HERELIVS*. His anumero *HENRICVM HARTEGIVM*,
 47.48 *VVOLFFGANGVM SOERGELIVM* et *STEPHANVM COCVM*, quos
 meministis diaconos in hac ecclesia fuisse: cum Dominus Magi-
 ster *LOENERVS* eam administraret. Hi Musicam vnice amabant,
 ac suauissime concinebant omnis generis doctas cantilenas, quo-
 tiescumque per negotia et occupationes liceret. Excellentissi-
 mum etiam Musicum haec patria nostra genuit *NICOLAVM FOR-*
 49. *STIVM* siue *FORSTERVM*, qui in ea musicae parte, quae har-
 monicas voces componit, adeo praeclarus artifex fuit, vt elector
 Brandenburgensis *IOACHIMVS* huius nominis I. amplissimo
 stipendio in aula sua eum fouerit. Is cum multis eximias can-
 tilenas summa suavitate confecerit, reliquit missam, quam vo-
 cant, sedecim vocibus concinendam. Edidit etiam patria vrbs
 50. praestantissimum Mathematicum, *IOHANNEM VVOLFFSTRI-*
GELIVM, qui Erphordiac summa cum laude archimeticen publice
 docuit,

docuit, cuius honorificam mentionem fecit clarissimus vir, Doctor
BVRKHARDVS MYTHOBIVS, Mathematics et Medicinae peritissi-
mus, in sua *Stereometria et Magistrum CVRIONEM*, qui Doctorem
CVRIONEM, de quo postea dicam, in academia Lipsiensi adole-
scentem fuit, et multos alios in literis sedulo iuuit, ac qua po-
tuit ratione ornare et prouehere ciuium nostrorum studia, id pro
virili fecit. Edidit et *IOHANNEM VVEISMULLERVM*, poëtam
et iuris consultum doctissimum, usum praceptorum, clarissimo vi-
ro, *IOHANNE RIVIO*. Hos omnes doctrina et pietate praestan-
tes viros patria nostra genuit, qui hac aetate claruerunt, quos
omnes ego tanquam posterior et veneror et magnificatio. Fue-
runt autem praeter hos multa alia praedicta ingenia, quae non
poenitendos progressus in literis fecerant: sed cum viderent, stu-
dia artium non tantum negligi et contemni, verum etiam scho-
las ipsas in nullo fere pretio esse apud vulgus hominum; coacti
illa improbitate, consulto ea deseruerunt. Sicut plerumque, cum
mutationes rerum incident, fieri solet, ut ab institutis etiam aliis
homines abducantur, quemadmodum hac aetate et studia et reli-
gionem prorsus mutari vidimus. Ex scholis itaque ad oecono-
mica officia multi sese applicarunt: plerique tamen inter eos ne
ingenia ipsorum prorsus laterent, sed magni aliquid efficerent, ad
gerendam rem publicam accesserunt. Quorum primus est *M. MI-*
CHAEL HEDLERVS, consul Culmbachensis. Hic primus
omnium in Wittebergensi Academia magisterii titulo ex nostraribi-
bus insignitus est, et patriam nostram eruditione sua et dignitate
eo loco celebrem reddidit et ornauit, adeo ut etiam primarius
quidam ciuis vnicam ei filiam offerret, generumque ex omni-
stius temporis iuuentute deligeret. Frater eius *SEBASTIA-*
NVS, quaestor autoritate et amplitudine apud nos singulari con-
spiciendus, et ipse egregiam operam literis nauauit, omniumque
studiosorum eximius fautor existit, et filium *DESIDERIVM*
magna diligentia et cura in illis detinet, versantem iam in Lipsi-
ensi academia et singulari industria cum reliquis studiorum parti-
bus mathematicae et iurisprudentiae inuigilantem. Piaculum es-
set,

51.

52.

53.

54.

55.

56. set, in hoc ordine omittere *HIERONYMVM BERNERV*M,
qui in iure dicundo occupatus iusticiam et aequitatem cuiusbus com-
mendat et administrat. Non praetereundus est et Dominus *CASPAR MEYERVS*, vir ingenio et eloquentia clarus, cui ob id
recte cura negotiorum totius prouinciae, ut publicorum libello-
rum magistro et notario credita est, ac multae ad eum causae de-
feruntur, quas summa fide et industria tractat, ita, ut patroni di-
ligentis laudem et nomen mereatur. Est et *VITVS* GODIZERVS*, consul eruditione et integritate clarus, qui olim iunenis in
hac nostra statione non sine dexteritate versatus est. Ex sena-
toribus vero propter studia olim culta honoris gratia nunc quo-
que nominandi sunt *SEBASTIANVS POELMANNVS* et
CASPARVS GRIMMIVS, arctissima mihi consuetudine et
61. coniunctione cum *FABIANO FEGHELMO*, propter pueri-
lia studia deuinctus, de quibus optimam spem concepimus, quod
opera et consiliis suis hanc patriam nostram olim plurimum iu-
vabunt. Praetereo multos, qui his temporibus turbulentissimis
a publicis muneribus sese subducentes, otio et quieti sese dede-
runt, nimirum hoc cogitantes, vitam priuatorum optimam esse.
62. Inter quos *NICOLAVS BLECHSCHMIDIVS* est, cuius
ingenium saepe mihi praedicare solebat Dominus Doctor *MEDLERVS*. Affirmabat enim multos eum excellere potuisse, si in
63. literis perseuerasset, et *SEBASTIANVS SCHIVERVS*, qui
patrem habuit pingendi et sculpendi arte suo tempore clarum. Et
64. *LAVRENTIVS FROGERIVS*, musicae artis peritisimus et
65. Domini consulis *WVNSCHOLDI* filius. Sunt etiam non pau-
ci, qui alibi quoque sedem suam fixerunt, nonnulli etiam functi
66. sunt vita, ut *JOHANNES ORTELIUS*, qui illustrissimo
principi Marchioni *FRIDERICO* Brandenburgensi a secretis
67. fuit. Et *NICOLAVS MOERELIVS*, principis Anhaktini
WOLFFGANGI in Berenburgo praefectus. Ne autem diu-
tius vos detineam, breuiter etiam nunc commemorabo eos, qui
mecum in studiis versati in iis perseuerarunt, et hodie aut ecce-
siasticis aut scholasticis muneribus funguntur. Primus est *VA-*
LEN-

* Alias *Iodizerus*.

LENTINVS GRVSERVS*, magisterii titulo ornatus in aca- 68.
 demia Lipsiensi, in qua multis annis doctissimos homines audi-
 vit, deinde Brandenburgi et alibi scholis praefuit. Hodie in vi-
 cino oppido Monachorum monte euangelium docet. Frater
 eius minor natu IOHANNES in Culmbachensi schola rector 69.
 est. Habuerunt autem fratrem maiorem natu, qui egregius vir
 erat, et nisi immaturo obitu nobis eruptus esset, multum patriae
 profuisset. Erat omnium horarum homo et multis praeclaris vir-
 tutibus excellebat. Nunc de aliis. Indignum esset eruditione et
 humanitate IACOBITHVM SERI, si nomen eius praeteri- 70.
 rem. Feliciter enim versatus est in artium et linguarum cogniti-
 one, ac multis annis in Altenburgo Misnico in schola musicam
 profitetur et in templo exercet. Nominandus nunc est adole-
 scens, cuius memoria et sancta et religiosa mihi est, cuius nomen
 sine summo dolore animi nunquam vel cogitare vel audire pos-
 sum. Is est Doctoris MEDLERI nostri filius M. SAMVEL
 MEDLERVS, qui luctuoso et acerbo fato inter initia felicissi- 71.
 ma studiorum immatura adhuc aetate est ex hac vita translatus.
 De eius eruditione, pietate et prudentia in hac festinatione breui-
 ter agi non potest. Doctor MARTINVSLVTHERVS de
 discessu eius ex hac vita ad patrem ipsius scribens adfirmat, *raptum*
eum esse a DEO, ne huius mundi malitia et calamitates videret. Et Do-
 minus PHILIPPVS MELANCHTHON, cum Viteber-
 gae in templo literas acciperet de obitu eius, largissimas lacrimas
 fudit, et toti coetui doctorum ostendit eas literas, qui cum in
 templo conuenerant, quibus omnibus iste casus ingentem dolo-
 rem attulit, et nemo eorum a lacrimis temperauit. Erat enim in
 summa apud omnes expectatione, et persuaserant sibi, hunc SA-
 MVELEM praeclarum quoddam organum futurum esse, quo
 DEV S multa utilia et in ecclesia et in republica operaretur, de
 qua re multas Domini PHILIPPI epistolas in medium profer-
 re possum. Sunt et alii ciues nostri, qui eodem tempore mecum
 in studiis militarunt, inter quos memini IOHANNEM BVR- 72.
 GERVM, academiae Lipsiensis alumnus, qui mihi aduenienti

* ita lego. Alii malunt Grufins.

- omnium primus redditum in patriam gratulatus est , qui vt eccl^{esi}iae opera sua prodesset , in Monachorum monte Diaconi munus suscepit . Nec Dominum Cantorem nostrum **GEORGIVM HARDWEGVM** innominatum relinquo , qui et dextre et felicitate musici munus obit . Praeterea non pauca sunt praeclarissima ingenia , quae magna patriae virbis ornamenta olim sine dubio futura sunt , hoc tempore serio bonis literis incumbentia , ex quibus aliquando fami poterunt , qui reipublicae et eccl^{esi}iae utilem operam praestabunt . In his sunt **AMBROSIUS** et **NI- COLAVS BRUCKNERI** , fratres adolescentes , praeter aetatem et graues et docti , ultra quadriennium in Vitebergensi schola pulcherrima studia tractantes . Quorum ille quidem et historiarum cognitioni deditus olim , et in graecae linguae mysteriis diligentissime versatus , sanctissimo proposito ad iurisprudentiac studia totum se contulit , vt aliquando reipublicae laboranti subveniat : hic vero cum maximo totius Philosophiae et graecarum literarum studio teneatur , medicae etiam facultati animum adiecit . Deinde **LAVENTIUS CODOMANNVS** in eadem academia agens , non graecae tantum et latinae linguae , sed hebreae etiam valde peritus , Theologicum studium serio amplectitur , quod sacra poesi non minus pie quam docte exornat . Scribit enim multos elegantissimos hymnos , nam ad poetica natus esse videtur . **DEVS** conferuet eum eccl^{esi}iae suae , et nobis omnibus , quam diutissime in colum et superstitem . Simile enim ingenium patria virbs non habet (*). Est et **HANNES STVRIO** , qui cum sacrarum literarum studio omnino deditus sit , non mediocrem graecae et hebreac linguae cognitionem sibi comparauit . Mathematicas etiam disciplinas et amat et excolit : praecipue autem in arithmeticā et musica excellit (**). In academia Lipsiensi multi ex ciuium liberalis etiam non infeliciter studia tractare coeperunt . **IOACHIMVS**

(*) Factus deinde Streitbergeri in Gymnasio regendo successor.

(**) Primus Gymnasi Magister Tertius.

MVS WANNENHOEFERVS, SIGISMVNDS GRV- 79.
 SERVS, IOHANNES GEBHARDVS, PARIS IA. 80.81
 NVS. Taceo reliquos IOHANNEM HEDLERVM, IO- 82.
 HANNEMPLANCVM, IOHANNEM LEOPOLDVM, 83.84
 IOHANNEM FRORERVM, MARTINVM NICO- 85.86
 LAVM et IOSVAM, Doctoris Medleri filios, de quibus omni-
 bus non exigua spes est, doctrina sua et vitae bonitate patriam
 illustrem reddituros, et praecipue DEI gloriam et nomen cele-
 braturos esse. Ad postremum libet in hac nostra oratione tria
 ista luminā patriae nostrae, quae hoc tempore adhuc in viuis
 sunt, nominare, quibus honoratissimum nomen sacras et impe-
 ratoriae leges ob insignem ipsorum virtutem et doctrinam tribu-
 erunt, Doctorem MEDLERVM, Doctorem GEORGIVM 88.89
 CVRIONEM, Medicum, et Licentiatum CASPAREM 90.
 TASCHNERVM, Iurisconsultum, de quibus prolixius dicere et
 hoc tempus et eorum praestantissimae actiones non concedunt.
 Praesertim si de MEDLERO dicere vellem, altius res repeten-
 da esset. Carum et sanctum apud omnes est, Domini M. CA-
 SPARIS LOENERI nomen, qui ab illustrissimo Principe,
 MARCIONE FRIDERICO, praeposito Herbipolensi,
 annis abhinc viginti quatuor huc missus, ecclesiam hanc primus
 vera de DEO doctrina instituit, omnibus erroribus et blasphe-
 miis pontificis sublatis. Huius viri prudentia et auctoritate ser-
 vata est ciuitas, altero anno post aduentum eius seditione vniuer-
 sali totam Europam fere peruagante. Praesidebat ciuitati Princi-
 pis nomine WILHELMVS GRVNERVS (*), vir et nobili-
 tate et imaginibus clarus, Quaeftor erat IOHANNES OCHS,
 Consul GONRADVS RUFRECHTVS, alio nomine FEILT-
 SCHERVS. Horum virorum consenuit et concordia ab illa
 peste haec respublica immunis erat, Magistro CASPARE illum
 consensum fouente. Is postea furori vicinorum EPISCOPO-
 RVM HERBIPOLENSIS et BABENBERGENSIS,

(*) Von der Grün zu Hoffeck/ vid. Wiedm. ad a. 1523.

qui Magistrum *GEORGIVM SCHMALZINGVM* in carcerem etiam compegerant, cedere coactus est (*). Tandem a Principe *GEORGIO MARCHIONE* revocatus toto quadriennio hanc ecclesiam pie gubernauit, et ritus sacros, qui hodie adhuc visitati sunt, *MEDLERO* doctrinae et gubernationis socio instituit. Multum ergo debet his duobus viris haec ecclesia, quod ante triduum reverendus vir, pietate et doctrina insignis, Dominus *LEONHARDVS EBERHARDVS*, huius ecclesiae pastor, in familiari colloquio verum affirmabat, et testabatur libenter se istos ritus retinere. Verum hoc tempore magis ornare patriam *MEDLERVS* noster conatur. Sicut enim senes parentes suos liberos vehementius amare solent, et plura illic indulgere: ita ipse in senectute sua, multo cariorem habet patriam. Hoc itaque studium patriae de schola ornanda ita ipsi probatur, ut pro virili id iuuare et prouochere conetur, et nullos labores defugit ad hoc institutum necessarios, ut aliquam sui in patria memoriam relinquat. Itaque et institutionem scholasticam integro ordine complexus est, et prudentissimo senatui donauit, quae isti ordini ita probatur, ut tanquam ad praescriptum illud posthac scholam institui et gubernari velit. Eam institutionem hoc volumen (**), quod mihi iam commendatum est, continet. De vita, moribus et doctrina eius nihil opus esse puto verba facere, neque etiam de certaminibus eius, quae in gubernatione ecclesiarum, quas ordinavit et rexit, illi subeunda et exhaurienda fuerunt. Illa enim nota vobis sunt, et integrum historiam requirunt, ac fortasse alias erit locus, et opportunitas copiosius de eius virtutibus dicendi. Hoc tantum addo, et vere addere possum sine affectu, non habuisse excellentiorem virum unquam hanc patriam nostram, an habitura sit olim, in hac mun-

di

(*) Vid. progr. exc. *LAYRIZII* de Religione Curiensium hodierna et Wiedm. ad a. 1531.

(**) Hoc Volumen etiam nunc possidemus, sed foliis quibusdam spoliatum. Ad finem eius haec ipsa, quam nunc typis vulgauimus, extatoratio.


di extrema et delira senecta , valde dubito. Multo minus de
Domino Licentiatu *TASCHNERO* plura dicenda esse censeo,
notae sunt omnibus et virtutes et doctrina eius: sed nec de Do-
ctore *CVRIONE*. Is nomine suo patriam nostram celebrare
voluit , cum natus sit in vicino oppidulo *Schauensteinio*. Habuit
autem ex familia sua quosdam ciues , et ecclesiae nostrae benefi-
ciis aliquot annis *Lipsiae* commoratus est. Hanc ergo gratiu-
dinem patriae reddere voluit. Est enim latine et grecce excel-
lenter doctus, clarissimus Medicinae Doctor, in curandis aegris
felicissimus , Physicen et Medicinam Vitebergae his proximis
annis , cum ea schola maxime floreret , magna cum laude pro-
fessus est. Iam vero in Luneburgensi clarissima vrbe professio-
nem suam in maximo ciuium amore et dignitate sua exercet.

Hanc prolixam commemorationem ut boni consulatis,
enixe rogo , nec debet vobis molesta esse , cum ad patriae no-
strae laudem pertineat. Sicut enim parentes filiorum aut nepo-
tum laudes cum delectatione audiunt: ita haec vos patriae no-
strae pignora amare decet , et eorum virtutes et honeste facta
studiose complecti. Produxit enim hos omnes , quos recensui,
haec vrbs intra 50. annos , viros singulare eruditione et multis
aliis nominibus claros , quorum plerique hodie adhuc in viuis
sunt. Fuerunt haud dubie multi alii , qui his auctores fuerunt
ad discendum , et auctoritate eos ad colenda studia inuitarunt,
quemadmodum et nos horum auspiciis et ductu bonarum artium
quasi mercaturam aliquam sumus ingressi. Adhortor itaque
vos adolescentes , et totam patriam iuuentutem , ut maiorum
vestigiis insistatis, et hanc patriae nostrae famam et celebritatem
tueamini , ne ignavia vestra hoc decus , et eximum nomen pa-
tria amittat. Sed ut diligentia et assiduitate vestra , qua ad opti-
ma quaeque vobis contendendum esse intelligitis , gloriam et
laudem patriae illustriorem et celebriorem reddatis. Non enim
vobis solum , sed imprimis patriae nati estis. Praecipue vero
ad honestarum artium et pietatis studia connitendum vobis esse
putetis propter D E V M ipsum et mandatum eius , qui vult in
scho-

scholis doctrinam coelestem a nobis conseruari et propagari. Quam
 ob causam et senatus noster amplissimus hoc Gymnasium ab **ILLVSTRIS-**
SIMO PRINCIPE non sine magnis difficultatibus impetravit. Deinde im-
 mensis sumtibus erexit et expoliuit, ac stipendia docentibus li-
 beraliter numerat, intelligens, sine doctrina liberali non posse
 patriam iuuentutem ecclesiae et reipublicae olim utilem esse. Id-
 eoque quinque (*) Praeceptores magnis impensis et sumtibus ve-
 stri causa alit. Magnia ergo gratia honestissimo ordini habenda
 est, praesertim autem humanissimo et optimo viro, Domino
 Consuli **CONRADO IANO**, aliisque omnibus, quorum singu-
 laris diligentia et cura in aedificando hoc Gymnasio enituit, il-
 lis hoc nomine magnam gratiam habendam esse inquam, quod
 tanquam charissimi parentes studiis nostris recte consulere cupi-
 vnt, eaque in patria excitare, vt posteritas eruditos Doctores
 in ecclesiis, et gubernatores in republica habeat. **DEVM** ergo
 aeternum Patrem Domini nostri **I E S U C H R I S T I** ardentibus
 votis una mecum precari debetis, vt hos optimos viros diu no-
 bis incolumes conseruet, et gubernationem eorum fortunet, at-
 que adeo, vt hoc nostrum institutum totamque scholasticam ad-
 ministrationem pro sua immensa bonitate ad sui nominis
 gloriam dirigat, ac nobis et vniuersae ecclesiae
 reique publicae salutarem esse
 finat.

D I X I.

(*) Nondum quidem aderant tum Tertius et Quartus Magister teste
 Wiedmanno et Blebelio, immo nostro etiam, dum p. 28. Sturio-
 nem inter Academicos adhuc refert; eo tamen adhuc anno voca-
 bantur.



ORDO

ORDO ET SERIES
 INSPECTORVM
 ET
 MAGISTRORVM,
 Qui Gymnasio Curiano inde ab an-
 no CIC XLVIII. ad praesens usque tempus
 praefuerunt.

INSPECTORES.

- M. IOH. STREITBERGERVS, Curiensis voc. 1548. Ecclesiastes simul ad S. Michaelis factus 1552. Superintendentis generalis primus in hoc Burggrauianatu nec non Confistorii Praeses 1567. et Doctor Theologiae Ienae 1574. renunciatus. m. 1602. d. 2. April.
- M. ANDREAS PANCRATIVS, Wonsideliensis, cum Streitbergerus Culmbacum abiit 1567. Superintendentis vocatus, Inspectionem simul scholae sibi vindicauit, licet Codemannus, Schlemmerus et Cadesreuterus eo titulo etiam conspicui essent. m. 1576. d. 27. Sept.
- M. AVRELIVS STREITBERGERVS, Naumburgensis, Ioh. filius, ex Pastore Selbeni Superintendentis Curiensis 1577. Hic primus Inspectoris Gymnasii rieulum Superintendentis adiunxit, ideo forsitan quod scholas sub eo facta principali. Doctor Theologiae Ienae 1589. creatus. m. 1612.
- M. CHRISTOPHORVS IORDANVS, Wonsideliensis (al. Helmbrechtensis) ex Superintendent. Hildensi nostrar. 1612. m. 1624. 3. Nov.
- D. CHRISTOPHORVS SCHLEVPNERVS, Drumsdorffensis, Confistorii Praeses et Superintendentis generalis, inspectionem specialem Baruthinam cum Curienzi commutauit 1625. Heripolim concessit 1632. m. Erfurii 1635. d. 10. Aug.
- M. IACOBVS SEYFERDVS, - - - ex pastore Schwarzenbaensi ad Salam, Superintendentis Dioecesis Curiensis et Gymnasii Inspector 1633. m. eodem anno.

E

M. HEN.

- M. HENRICVS TEVBELEIUS**, Trebgaſiensis, ex Concionatore
Xenodochiali Baruthino, Superintendens Curiensis et Gymnasi Inspector
1634 m. 1653.
- M. IOH. KVFFNERVS**, Pressatho-Palatinus ex Superintendentे
Sueuſurtenſi Curiensis et Gymnasi Inspector factus 1654. m. 1659.
- M. IOH. WALTHERVS**, Gaudicio-Miſnicus, e Gymnasi Curiensiſ
Rector illius Inspector ex Ecclesiae Superintendentē 1659. m. 1679. d. 7. Iunii
JOSEPHVS FRIDERICVS a WALDECK, eques Variscus,
natus Lindenharti, Bonſideliensem Archidiaconatum cum Ephoria Curiensiſ
commutauit 1679. m. d. 29. April. 1709. aet. 68.
- IOH. CHRISTOPHORVS HOESEL**, Curiensis, Selba, ubi paſtor fuerat, ad nos redit 1710. d. 7. Maii. Superintendentē huius Dioceſeos et Gymnasi Inspector vitam in seros annos!

RECTORES.

- I. M. IOHANNES STREITBERGER**, Curiensiſ, hoc A.
1548. Brunsuiga acciēs, et Schlemmero tanquam ſcholae Inspector et Do-
ctor primarius datu. vid. Inſpectores
- II. LAURENTIVS CODOMANNVS**, Curiensiſ, A. 1566.
Amberga ad reſtruram et inſpectionem ſcholae reuolutus, qui tertium et
quareum antehac docendi locum in ea tenuerat, 1573. b. l. Xenodochialis,
porro Ecclesiae Egranae Paſtor, 1581. Germersheimi ad Rhenum Superin-
tendens, 1585. Paſtor Markscheinfeldensiſ, et denique 1586. Superintendentē
Baruthinus. m. 1590. d. 2. April.
- III. IACOBVS SCHLEMMER**, 1573. Gymnasiarcha factus, 1574.
reſignauit munus ob effoetam ſenectutem. Mortuus 1580. vid. ſub Conrect.
- IV. M. CHRISTOPHORVS CADESREVTERVS**, Lan-
cendorfienſis, Gymnasiarcha et Rector factus A. 1574. Conrector ante,
Tertius et Quartus. m. A. 1589. d. 6. Octobr.
- V. M. THOMAS BLEBELIUS**, Budissa Lufatus, a morte Ca-
desrevteri vacuum per biennium Rectoratum capiſſim A. 1593. iudit
Conrector prius, Tertius et Quart. m. A. 1596. in vigiliis festi adnuncia-
tionis Mariae, aetatem produxit ad LVII. annum.
- VI. M. ENOCHVS WIDMANNVS**, Curiensiſ, Rector 1596.
Cancor

- Cantor ante, *Tertius et Corrector.* m. 1615, d. 17. Dec. aet. suae LXV.
VII. M. JOHANNES SAMBUSTAG, Byruthinus, Rector 1616,
 Corrector ante, *Tertius et Quartus.* 1620. Pastor Wohnsenensis, et tan-
 dem Superintendent Byruthinus, m. 1635.
- VIII.** M. BRICCIUS CRESSIVS, Culmbacens. e Cressiorum, Pa-
 ericorum Norimbergensium, gente ortus P. L. C. Rector factus 1620. Con-
 rector ante, *Tertius, Quartus et Cantor.* m. 1629, 15. Aug. aet. suae
 LV. anno,
- IX.** M. MELCHIOR MEDLER, Curiensis, Rector 1630. Conr.
 ante, *Tertius et Quartus.* 1639. ad Pastoratum Selbens. vocatus est, m. 1652.
- X.** PETRVS OTTO, Culmbacens, Rector 1639. Diaconus Curiensis
 1647. dehinc Diaconus Culmbacens. Archi-Diaconus tandem ibidem et
 Reu. Capituli Senior et Camerarius, m. 1688. aet. suae LXXVIII. anno.
- XI.** IOHANNES GEORGIVS FUCHS, Byruthinus, Rector
 1647. Conr. ante, et *Tertius.* A. 1649. Rector Culmbacensis, post Diaconus
 ibid. et Consistorii Adseffor, demum Ecclesiastes ac Professor Heils-
 bromensis A. 1655. m. Norimbergae 1658. d. 31. Maii, humatus Heilsbr.
- XII.** M. IOHANNES WALTHERVS, Gaudicensis Misnicius,
 Rector 1650. vid. Inspect.
- XIII.** M. FRIDERICVS CAHLENVS, Glauchensis, P. L. C.
 e Gymnasio Halensi, cuius ante fuerat Rector, hic vocatus Gymnasiar-
 cha 1660, m. 1663, 23. Dec. aet. L. annor.
- XIV.** M. THOMAS FRIDERICVS ZOBEL, Schneebergen-
 sis, Rector 1664. ante Corrector, m. Cadolzburgi 1676. d. 1. Sept. in püssi-
 ma matris complexu, ad quam iniuriam eo profectus erat.
- XV.** ADAMVS MEYER, Reichenbacensis, Rector 1676. Corrector
 ante. Ad Pastoratum Dramam vocatus 1679. Postmodum Schneebergam
 Diaconus, tandem ArchiDiaconus.
- XVI.** M. GEORGIVS NICOLAUS LANGHEINRICH, Curiens, Rector
 1679. Corrector ante. m. 1680.
- XVII.** M. CHRISTOPHORVS FRIDERICVS PERTSCH, Baruthinus,
 Rector 1681. ante Corrector. Pastor Selbensis 1686. m. 1690.
- XXIX.** M. IOHANNES CHRISTOPHORVS LAYRIZ, Curiensis, Re-
 ctor 1686. ante Corrector, Pastor Selbensis 1691. Superintendens Boni-
 deliensis 1704.

-
- XIX. M. IOHANNES CHRISTOPHORVS VVEISS, Nailensis, Rector
1691. ante Corrector. Syndiaconus Cur. 1695. Diac. 1697. Archidiaconus 1717.
- XX. M. GEORGIVS LVDOVICVS GOLDNER, Heilsbronnensis, Re-
ctor 1695. ante Corrector. 1696. Rector illustris Ruthenei,
- XXI. M. ISAACVS LOEVV, Culmbicens. Rector 1696. ante Corrector.
Hypodiacaonus Curiensis 1704. Pastor Crusiensis 1705. circa fin. a voce.
- XXII. M. IOHANNES IOSEPHVS SETLER, Baruthinus, ante Corrector,
Rector 1704. Pastor Bergensis 1713.
- XXIII. ANDREAS ADAM Weiß, Baruthinus, ante Corrector. Rector
1714. Hypodiacaonus Cur. 1717.
- XXIV. IOH. ADAM Fickweiler / Cur. ante Corrector, Rector 1717.

CORRECTORES.

- JACOBVS SCHLEMMERVS, Gochshemii in Herbipolitano episcopatu na-
zus, Viebergia ad scholam h. l. veterem regendam vocatus 1541. an. 1546.
agmen scholasticum in nouam introduxit scholam, 1548. secundas docendi
partes sibi imponi passus, retento tamen Rectoris titulo.
- M. CHRISTOPHORVS CADESREVTERVS, Curiens. 1573.
- M. THOMAS BLEBELIVS, Budissinus, 1574.
- M. ENOCHVS VVIDMANN, Curiens. 1591.
- M. GEORGIVS DEGIVS, (THECHIVS) Curiensis, 1596. Tertius ante
et Quartus, m. 1604. aetat. suae XLIII.
- M. THEODORVS GRAMMANN, Culmbac. 1605. Tertius ante Quartus
et Cantor. Ad Rectoratum Gymnasi ad fontes salutares vocatus 1606.
ab his ad Pastoratum Casendorfensi. m. 1629.
- M. IOHANNES SAMBSTAGIVS, 1606.
- M. BRICCIUS CRESSIVS, 1616.
- M. MELCHIOR MEDLER, 1620.
- MICHAEL MEISNER, Culmbac. 1629. ante Tertius et Quartus. m. 1640.
- M. IOHANNES CHRISTFRIED SAGITARIVS, Vratislauiensis, 1641.
Rector postea scholae Ienensis 1643. et Prof. ibidem Historiar. Superin-
tend. porro Orlamundens. SS. Theol. D. et Generalis Superint. Altenburg. m.
Vacabat statio ad finem anni.
- M. IOHANNES GEORGIVS EVCHS, Baruth. 1644.

24. 10-

- M. IOHANNES HEINRICVS PITTERLING, Zellenfis, 1647. Pastor
superioris Kozaui 1648. m.
- M. CHRISTOPHORVS HVBNER, Plauiensf. 1649. post Pastor Roeslarien-
sis 1658. tandem Decanus Beyersdorffii 1666. m. 1668. d. 25. Jun.
- M. WOLFGANG MATTHAEVS CHITRAEVS, Culmbac. 1658. Ad
Lyceum Misnense post 1660. vocatus, m.
- M. THOMAS FRIDERICVS ZOBEL, Schneebergensis, 1660.
- M. HEINRICVS DORSCH, Curiensf. 1664. ante Tertius. Pastor Regnitio-
Losauensis, 1666. Senior Capituli Reu. 1690. m. 1698. aet. suae LXIX.
- ADAMVS MEYER, Reichenbac. 1666.
- M. GEORGIVS NICOLAVS LANGHEINRICH, Curiensf. 1676.
- M. CHRISTOPHORVS FRIDERICVS PERTSH, Baruthinus, 1679.
- M. IOHANNES CHRISTOPHORVS LAYRIZ, Curiensf. 1681.
- M. IOHANNES CHRISTOPHORVS VVEIS, Nailensis, 1687.
- M. GEORGIVS LVDOVICVS GOLDNER, Heilsbronnensf. 1691.
- M. ISAACVS LOEVV, Culmbacensf. 1695.
- M. IOHANNES IOSEPHVS SEYLER, Baruth. 1696.
- ANDREAS ADAM Weiß / Baruth. 1704.
- IOH. ADAM Fickweiler / Cur. 1714.
- IOH. HEINRICVS Thümmig / Lobensteinensis, 1717. Tertius ante, Quar-
tus et Quintus.

T E R T I I .

- M. IOHANNES STVRIO, (Stöhr) Curiensis, gener D. Medleri, vo-
catus 1548. Olsnium ad Rectoratum 1552. post Vittebergam venit, Archi-
Diaconus ibidem factus. moritur 1561. Decanus Collegii Philosophici.
- LAVRENTIVS CODOMANNVS, Curiensf. 1552. Ambergam vo-
catus ad Conrectoratum, Rector hue 1566. renovatus.
- M. CHRISTOPHORVS CADESREVIERVS, Lancendorf. 1561.
- M. THOMAS BLEBELIVS, Budissen. 1573.
- M. IOH. GOERING, Curiensf. 1574. Pastor Trebgastiensf. 1582. m. 1613.
- M. ENOCH WIDMANN, Curiensf. 1582.
- M. GEORGIVS DEGIVS, Curiensf. 1591.
- M. WOLFG. CHITRAEVS, Baruth. 1596. ante Quart. m. 1599.
- M. IOH. GASSARVS, Treuenfis 1600. ante Quartus. m. 1603. 17. Sept.
- M. THEODORVS GRAMMANN, Culmbac. 1603. ante Quartus.

- M. IOHANNES SAMBSTAG, Baruth. 1605.
 M. VINCENTIVS COERBERVS, P. L. C. Coelicoronacens. 1606.
ante Quart. m. 1610.
 M. IOHANNES ROSNERVS, Weisenstadiens, 1611. *ante Quart.*
Ecclesiae patriae Diaconus et Pastor. m. 1619.
 M. BRICCVS CRESSIVS, Culmbac P. L. 1613.
 M. CHILIANVS FABER, Gefresens. 1616. *ante Cantor. Diaconus*
Curiæ 1617. Diaconus dein Baruth. tandem Pastor Monachomontanus. m.
 M. MELCHIOR MEDLER, Curiens. 1617.
 MICHAEL MEISNER, Culmbac. 1620.
 M. JOSEPHVS COERBERVS, Vrvershemio Francus, P. L. C. 1629.
ante Quartus. m. Curiæ 1633. recens vocatus Pastor Roeslauiensis.
 M. IOHANNES CAROLVS HOFFMANN, - - - 1634.
A. 1641. ad Diaconatum Weisenstadiens abiit. m.
 M. IOHANNES GEORGIVS FVCHS, Baruth. 1642.
Tertii locus vacabat ab a. 1644.
 QVIRINV FRIDERICVS PARSCHE, 1652. Coloniensis, *ante*
Quartus. m. 1657. act. XXXIII. anno.
 M. HEINRICVS DORSCHEVS, Curiens. 1657.
 M. ANDREAS GLASER, Helmbrechitanus, 1664. *antea per semestre*
Quartus, Pastor Schauensteiniensis 1669. hodie superstes.
 IOHANNES HOESELIVS, Olsnicensis, 1669. *Cantor ante, Quar-*
tus, Adiunctus Cant. et Quintus. Senior totius Gymnasi. Praefuit offi-
cis scolasticis LII. annos, annum diuina gratia agens XXCVI, rudem
accepte 1707. d. 17. Iunii. m. d. 4. Oct. 1708.
 NICOLAVS GEMEINHARDVS, vicibus Tertiū fungi coepit 1707.
alias Quartus. m. d. 18. Maii 1708.
 IOH. HEINRICVS Thümig, mortuo Gemeinhardo lectiones, defun-
cto vero Hoeselio, emolumenta Tertiū Collegae nactus est.
 GEORG AMBROSIVS Langheinrich, Curiensis, 1717. *Quartus ante.*

Q V A R T I .

- M. IVSTVS LUDOVICVS BRVSCHMANN, - - - 1548.
Rector Numburgens. 1551. m.

LAV.

- LAVRENTIVS CODOMANNVS, *Curiensis*. 1551.
- M. IOH. BLANCK, *Curiensis*, 1552. *A.* 1557. *e Schola discissit. m.*
- M. WOLFGANGVS DOBENECKER, *Viereckel dictus. Curiensis*,
1557. *Diakonus Curiensis. 1560. Pastor deinde Rehauensis. m. 1588.*
- M. CHRISTOPHORVS CADESREVTER, *Lancendorf. 1560.*
- M. THOMAS BLEBELIVS, *Budissinus*, 1561.
- M. JOHANNES GOERING, *Curiensis. 1573.*
- M. JOHANNES WADNER, *Plauiensis, Schlemmeri gener, 1574 peste extinctus. 1575.*
- M. GEORGIVS LOESCHER, (LESSERVUS) *Olsnicensis, 1576. Scholae Ambergensis Rector, 1582. m.*
- M. SIMSON MENCELIVS, *Curiensis. 1582. Diakonus Curiensis 1588. Pastor et Decanus Neostadii ad Ayssum 1606. Tandem Ecclesiastes et Profess. Heilsbronnens. m. 1619. aetatis 63.*
- M. GEORGIVS THECHIUS, 1589.
- M. CONRADVS AVMVLLER, *Cunstadiens. e schola Egrana vocatus 1591. Pastor Pencensis 1595. Denique Pastor Abornbergensis. m.*
- M. WOLFGANGVS CHYTRAEVVS, *Baruth. 1595.*
- M. JOHANNES GASSARVS, 1596.
- M. THEODORVS GRAMMANN, 1600.
- M. JOHANNES SAMBSTAG, *Baruth. 1604.*
- M. VINCENTIVS COERBER, *P. L. C. Coelicoronaens. 1605.*
- M. JOHANNES ROSNER, *VViesenstadensis. 1606.*
- M. BRICCVS CRESSIVS, *Culmbacens. 1611.*
- M. JOHANNES SARTORIUS, *Heimbrechtensis. 1613. Diakonus Baruthensis 1616 et Consistorii Adjutor. m. 1618.*
- M. MELCHIOR MEDLER, *Curiensis. 1616.*
- MICHAEL MEISNER, *Culmbacens. 1618.*
- MELCHIOR BRATER, *Monachomontanus. 1620. ante Cantor. Diakonus Curiensis. 1622. m. 1624.*
- WOLFGANGVS ROEDEL, *Curiensis, 1622. ante Cantor. Diakonus Curiensis. 1624. Pastor Bergensis 1629. m.*
- M. JOSEPHVS COERBERVS, *Vrfershemio Francus, P. L. C. 1624.*
- M. NICOLAUS HOFFMANN, *Culmbacens. 1629. Cantor Culmbacensis 1633. post Rector ibidem, et demum Pastor Trebgastiens.*
- Vacua ob pestem et bellum statio ab a. 23. ad 47.*

QUIRIS.

- QVIRINVS FRIDERICVS PARSCH, Colonensis, Pontificiae antea addictus religioni, quam publice Culmbaci abiuravit. Vocat. 1647.
- WOLFGANGVS ECCARDVS MEYER, Curiens. 1652. officium resignauit 1657. factus iudicij adiuvatus, Senator 1668, et Xenodochii deinde Praefectus. m. 82. f. 83.
- IOHANNES HOSELIVS, Olsnicensis, 1657. Quarti officio functus, Cantoris simul adiunctus.
- M. LUDOVICVS LIEBHARD, Salburgensis, 1662. Professor Historiarum in illustri Gymnasio Christian-Ernestino 1664. Superintendent Monachomontanus 1673. Superintendent Culmbacen. 1683 m. 1685. aetat. L. an.
- M. ANDREAS GLASER, 1664.
- NICOLAVS MEYER, Naylensis, 1664. Pastor Xenodochialis 1674, m. 1697.
- IOHANNES GEORGIVS ERB, Lichtenbergensis, 1674 m. 1675.
- IOHANNES LOSAN, Culmbacen. 1676. Pastor Gattendorfensis 1690.
- NICOLAVS GEMEINHARD, Zellensis. 1691.
- IOHANNES HEINRICVS THVMMIC, Quarti officio fungi coepit 1707. emolumentis frui. 1709.
- M. IOH. SALOMO Langheinrich / Cur. mortuo Geminhardo Quarti vices egit, adhuc Quintus. Pastor Leopoldsgrenensis 1709. Pilgramsreuth. 1717.
- JOHANNES KIESLING, Stoberstru Variscus, Quartus vocatus 1708. officium auspiciatus 1709. depositus Pastor Gattendorfensis factus 1714.
- GEORGIVS AMBROSIVS Langheinrich / Curiensis, 1714.
- GVLFANGVS ADAM KAPP, Cur. 1717. ante Quintus.

CANTORES.

- GEORGIVS HERTWEG, Curiensis, 1546. Inaugurationi interfuit. Diaconus Curiensis 1552. Pastor tandem Schauensteinensis. m.
- IOHANNES HEDLER, Curiensis, 1552. Diaconus deinde Curiensis. et Pastor Lichtenbergensis. m. 1483.
- MOSES POELMANN, Curiensis, 1557. Diaconus Ecclesiae patriae 1557. Pastor Bergensis 1570. m. 1576.
- NICOLAVS FLESSAEVS, Monachomontanus, 1565. Cantor ante Culmbensem. et Heilsbronensis. Curiensis Diaconus 1570. Senior Ministerii et Archidiaconus. m. 1599. aetat. sua LXIII. ann.
- DANIEL STIBAR, Suobacensis, 1570. nactus officium Ecclesiasticum 1575. m.
- MATTHAEVS CLODIVS, Oederensis, 1575. m. 1581.
- M. ENOCH WIDMANNVS, Curiensis. 1581.

MICHA-

- MICHAEL EGLOFF, Culmbacenf. 1582. *Past.* Neostadii inter culmina 1590 m.
 JOHANNES WOLFGANG HELLER, Curiens. 1590. *Scholae valedixit et in
 Cancellariam Culmbaci transmigravit Secretarius factus, 1592. Tandem
 Poligraphus Baruthi, m.*
 SAMVEL KIRSNER, (KVR SCHNER) Gefresensis, 1592. *Pastor Codicensis,
 1597. post Pastor Mislaruthensis, m.*
 M. THEODORVS GRAMMANN, Culmbac. 1597.
 M. CONRADVS SAHER, Berneccens. 1600. Diaconus Baruth. 1605. Diaconus
 post Culmbacenf. et postremum Pastor Monachomontanus, m.
 M. BRICCIVS CRESSIVS, Culmbacenf. P.L.C. 1605.
 M. DANIEL LANG, Culmbac. 1611. *Rector Culmbacenf. 1612. Archidiaco-
 nus Culmbacenf. 1619. Pastor Arzbergens. 1625. Superintendent Culmba-
 cenf. et illust. Consistorii Praeses 1634. m. 1642. LXII. act. suae.*
 CHILIANVS FABER, Gefresensis, 1613.
 MELCHIOR BRATER, Monachomontanus, 1616.
 WOLFGANGVS ROEDEL, Curiens. 1620.
 PETRVS WIDMANNVS, Curiens. 1622. m. 1624.
 ERHARDVS ADELIVS, Untersteinacensis, 1624. m. 1662. *LXVIII. actas.
 suae, XXXIX. ann. Cantor.*
 JOHANNES HOESELIVS, Olsnicensis, 1662. *Adiunctus ante.*
 AVGUSTVS ROTH, Cygnus, 1669. m. 1687.
 SAMVEL TROEGER, Cygnus, *Cantor antea Kirchbergensis, hic vocatus 1688.*

QVINTI.

- JOHANNES HOESELIVS, Olsnicensis, 1655. *emerito Cantori adiunctus es
 Collega Quintus dietus.*
 GEORGIVS WOLFGANGVS KOEHLER, Eberndorfensis e Palatinu superio-
 re 1657. ante supremus f. sextus. Diaconus post et Archidiaconus Monacho-
 montanus. m.
 CASPAR LANGHEINRICH, Schnarchenruthensis, voc. 1662. *Scholae puella-
 ris Moderator. 1678. m. 1681.*
 BASILIVS SEIDEL, Neostadiensis ad Orlam, *Quintus et Organicus, 1678. Can-
 tor autem et Organicus Nailensis, 1696. Organicus Aschauiensis, tandem Bonsi-
 deliensis et Scholae Collega m.*
 ADAMVS FRIDERICVS Oehler, Curiensis, 1696. m. 1703.
 ADAMVS SAMVEL LANGHEINRICH, Curiens. 1703. *abdicauit se infor-
 mandi munere 1705. m.*
 JOHANNES HEINRICVS THVMMICHS, Lobensteinensis, 1705.

F

M. IOH,

QXVb 4557
(42)

M. IOH. SALOMO LANGHEINRICH, *Hoefelio emerito adiunctus, ita ut
Quinti vices ageret 1707. Quintus vocatus 1708.*

IOHANNES KIESLING, *Hoefelio eadem ratione substitutus 1708. eodem anno
vocatus Quartus.*

IOH. CHRISTIANVS Haff / Curiensis. *Quintus vocatus 1709. m. eodem anno.*

IACOBVS FRIDERICVS Püttner / Curiensis, 1709. Diaconus Selbizensis 1715.

WOLFGANGVS ADAM KAPP, *Curiensis, 1715.*

IOHANNES PETRVS OTTO, *Curiensis, 1717.*

JOHANNES STREITBERGERVS, natus Curiae, d. 5. Nouembris A. 1517.
augusto reformationis opere tum suscepto oppido commemorabilis. In patria
schola sub incude Nicolai Medleri aliquamdiu positus. Anno 1532. aetatis
suae 15. vt conjectura non temere augor, Praeceptorem, praecedente,
anno furore hostium veritatis patria expullum, Vitembergani petentem secutus est,
ad eiusque vt et ipsius Megalandri Lutheri pedes sedidit, cuius genuinum omni tempore
dedit discipulum. Medlero etiam suo a latere diu haesit indiuiduus illius co-
mes, fidusque Achates, non Numburgi modo, vbi a Nicolaao Amsdorffio Episcopo
Numburgensi Ao. 1543. Ecclesiae Minister etsi ordinatus; sed Brunnuigae quoque, in
qua ciuitate demandatas partes, in paedagogio Medleri consilio adornato, cum vi-
nis alis eruditissimis praestitit, donec Anno 1548. in patriam vocatus recens excita-
tum Gymnasium optima ratione intruxit legibusque confirmauit. Munere hoc per
Iusti spatiun ingenti cum Athenaei incremento luminaque cum laude administrato
Ao. 1552. Antites praeficitur Ecclesiae Curensi, ita tamen, vt praelectiones in Gy-
mnasio non intermitteret. Ao. 1567. postquam scholam et Ecclesiam patrion vnde-
viginti annos rexisset. Culmbacum ad obeundum splendidissimum Superintendentis,
quem vocant, Generalis, et Consistorii Praefidis officium, quod vtrumque primus
in superiori Burggraffatu Norico sustinuit, proficiliter, vtque eo dignius tueretur
personam, summos in Theologia honores Ao. 1574, in inclita Salana adlumfit, atque
Anno 1602. d. 2. April. ad meliorem vitam transit, aetate ad 85. annum circiter pro-
ducta, vt fama et summis honoribus his in terris, ita non uno felicitatis genere il-
lustris. Siquidem lex annorum decadibus iu vtroque ministerio consecuta, Iubileao
anno non tantum supererexit, sed et quindecies pater factus, quadrigam filiorum,
litterarum studiis celebrum et partim supremis honorum gradibus ad motorum, vi-
dit, inque numerosissima nepotum pronepotumque sobole, quod rarissime accidit,
quiunque septuagies auis, et ter decies proavis. Cippo in Aede Petrina Culmba-
ci hi incisi leguntur verlus:

Cui pietas, cui prisca fides, ecclesia concors,

Doctori prima et maxima cura fuit:

Hac Streitbergerus Iohannes conditur urna,

Insignem claudit parvula terra virum;

(○)

M. R.


Pom Yb 4557, QK

ULB Halle
002 617 951

3







h. 110, 14.

II
Y b
4551

O R A T I O
I N A V G V R A L I S
PRIMA
I N
G Y M N A S I O
CVRIANO
A
P R I M O G Y M N A S I A R C H A
M. I O H A N N E S T R E I T B E R G E R O
ANNO C^o I^oXLVIII.
HABITA
ET TANDEM
C^o I^oCCXVII.
EX VOLVNTATE.
I N S P E C T O R I S E T P A T R O N I
TYPIS VVLGATA.

LITTERIS MINZELIANIS.

